

... utique ...

*[Mirrored bleed-through text from the reverse side of the page]*

Incipit

... utique ...

Incipit

... utique ...

*[Marginal notes on the right side]*



l

4

**Hermanni Buschii Dasiphili  
poete non incelebris humani**

**ores litteras in famigeratissima : nominatissimaq; Lip-  
sensi Academia : publice docentis Epigrammatum Li-  
ber Tertius.**

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*



**Clarissimo viro Johanni  
Wilden Artium et p̄ticipi**

juris Doctori Hermannus Buschi<sup>9</sup> Pasiphilus  
Salutem plurimam dicit.

¶ Veterum mos fuit clarissime viri Johannes Wilde :  
vt eos quos in vita / vel ppter sanguinis vinculum : vel  
beneficia / vel virtutes sinceriter coluissent Immortales  
quavis rōne facerent et quasi presentes sp̄ haberēt / auro  
argēto ve / aut ere / aut marmore / aut eboze / expressos  
in cubiculis : in atrijs / aut in bibliotecis : aut in foro : cele  
bri ve in aliquo vrbis loco : dedicarent / atq̄ ita eos ab in  
uida oblivionis iniuria vindicarent / eorumq̄ famā ap̄  
posterorū ( quantū eris marmorisq̄ materia durare potu  
isset ) ppagarēt / illustrarentq̄ Sed nō erat satis efficax  
genus hoc nomis ppetuandi / aut fame dilatande Nam  
statue phidie siue polycleti celo rase / aut imagines Apol  
leis coloribus aiare neq̄ tempori multum resistunt / neq̄  
vbicq̄ visuntur Multo igitur nobilius durabiliusq̄ mo  
numētū est visum / qđ litteris et ingenio esset perfectus  
elaboratumq̄ Illud nullo euo aut vetustatis sp̄acio car  
pitur / et crebra memoria in seipso reflorescit / illud non  
in vno / non in duobus . aut plusculis locis immobile cer  
nitur / sed vbicq̄ viues spiransq̄ se offert / et quasi quidā  
homericus iupiter / neq̄ loco : neq̄ tpe : neq̄ vlla vice cir  
cumscribitur : maria . tetrasq̄ percurrens expaciāt / atq̄  
emicat Istis prestantissime Johannes Wilde monumē  
tis iam diu celebratum te : immortalitatiq̄ cōmendatum  
oportebat Exigentibus id meritis tuarū virtutū / quas  
post fata tua in hoīm memoria remanere lateq̄ increbres  
cere decet Non tā ad famā istam / aurāq̄ populare cui<sup>9</sup>  
es minime appetēs / q̄ ad posterorū imitationē Quoniam  
laudatōes maiorū ( vt luculēte scripsit Fran. philelph<sup>9</sup> )

nihil sunt aliud nisi premia virtutis Et recte faciēdi pre-  
 posita posteris exēpla quedā debēt igit̄ merita egregiaq;  
 eximiorū virorū facinora . illustrari lris et eloquētia . vt ita  
 sepi⁹ lecta : blande simul et potēter in aīos influāt / eosq;  
 vi sua ⁊ orōnis instructa primū in sui admiratōz amorēq;  
 rapiāt Et sic deinde q̄si q̄busdā gradib⁹ ad imitatōez ex-  
 citēt Nō aut̄ que bñfacta : exēplo quodā iuniorib⁹ pdesse  
 possunt / in obscuritate et silētio reponi puenit Quis em̄  
 imitabitur qđ ignotū est / q̄s admirabit̄ : qđ nulla memo-  
 ria : nulla etas obsuauit Vides iā q̄ poeta qđā verissime  
 dixit Paulū sepulte distat inertie celata virt⁹ Et me her-  
 cules ita res hz / plurimū et pulcherrimū p v̄tute labores  
 illachrimabiles vrgentur / ignotiq; lōge nocte p̄mūtur :  
 carēt q̄ vate sacro Quo te hactenus caruisse : et plerosq;  
 alios ornatissimos integerrimosq; hui⁹ nationis viros :  
 penit⁹ iniquū iudico Et p̄pterea ipse me ( et si vates nō  
 sum sacer ) qualēcūq; v̄arū v̄tutū p̄conē spōte lubensq;  
 offero Daboq; nō p̄tractatā : neq; vulgarē operā / vt q̄-  
 rum nūc virt⁹ in vita viuūt : ne ea p̄iter cū ip̄a vita exting-  
 uatur : atz euanescat Si mō hoc p̄ ignauissimorū quorū-  
 dam hōim maliciā : mihi integrū relinq̄tur Noui em̄ qđā  
 terrigene : iterum aduersum me latrare nuper ceperunt  
 ex occulto . Quāta est miseria flagrare cupiditate nocēdi  
 et aperte committere se certamini non audere Sed quid  
 est aliud : qđ manifeste victoriam aduersario concedere :  
 non nisi ex latebris rara spicula : et non peruenientia cō-  
 tra dirigere eiusq; conspectum quasi valentioris cuius quo-  
 lis est : adeo reformidare vt tenebris quasi arce et muro :  
 se defendant Hos si inertes et noctuages canes tua au-  
 ctoritate ab ista sua inchoata ( vt dixi ) nuper insania ab-  
 sterrueris qđ te mea causa nō grauare facturū confido :  
 trāquillo : et brō lrāz ocio nō abutar̄ s̄ ingenij ⁊ prudētie  
 plenū testioniū qđ nō solū oēs Lipsenses tui : et etiā vni-  
 uersa Misne ora cū illustrissimo p̄ncipe suo Georgio tibi  
 reddit : meis lris nō nihil fortasse iuuabo : nllaq; mihi pa-

gna implebit: sine honorifica tui nois mentione Interim  
hunc tertium nostrorum epigramatum librum: cum te a publi-  
cis curis interdum remiseris: leges: quem tibi: non quasi re-  
excellencia tua digna: sed quasi aliquid mee in te obseruatie  
preludium dono Speroque eum tibi placiturum non tam aliqua  
sua gracia quam Epitaphio filij tui: dulcissime recordationis  
hilarij: quod ei proposui estate proxime exacta: hisque epigra-  
matibus inserui. Vale: et ille qui fuisti hactenus in me:  
perpetuo mane: nisi secus mea culpa meruero Ego vero  
quod mei in te officij esse videbitur: nulla unquam dissimu-  
latione intermittam.

## Hermannii Buschij Daliphi

li ad clarissimum virum Johannem Wilden artium et po-  
tificij iuris doctorem Epigrammatum Liber tertius.

Illusturissimo principi suo Georgio Saxonie duci

Aera cothurnati victuraque carmina Phebi

Longeuam pariunt in plurima secula famam

Nec cadit aut moritur: celebratum pectine vatis

Nomen: et intacto magis est durabile ferro

Pagina quod docti loquitur veneranda poete

Sulmina non metuit: seuas nec ab ethere labi

Deucalionis aquas ipso cum tempore: cumque

Sideribus certat: vincit nec sustinet ere

Pyramidum superat turres: et marmora viuas

Troia fatigatis tandem deuicta pelasgis

*Vat' caria descripta  
donat immortalitatem*

Troia fatigatis tandem benivola pelagis

In cineres abiit: nec profuit esse locatam

<sup>Vespasiano</sup> Nequoris a dño: sed post hanc altera maior

*Troia homerica  
maior e Vespasiano*

Ingenio magni studioq; renixit homeri

Quam prudens Ithacus: quam laxissens Achilles

Angere non valeat: fraterq; minoris Atride

Vertere: nec possunt omnes excindere greci

Sic tua Georgi: princeps inuicte: meretur

Auxilio vatum contemnere funera virtus

Que si bella tonant: animis ingentibus equat

Omnes antiquos: partosq; per arma triumphos

Si gladij languent: si laxant ocia Martem

Non tamen in placida: torpore resolueris: umbra

Nec te blandicijs capit illecebrosa voluptas

Desidiam: luxumq; fugis: dicisq; volenti

His populo: tollis lites: atq; omnia leta

Pace foves: his si curis qñq; remissis

Exerces corpus: tua tunc venabula senis

Sunt metuenda feris: melior tu flectere collum

Cornipedis rapidi: doctis equitare Gelonis

*profuit interfectis istis advertit: & inter  
hunc foveat pedes solentur sanguine venia  
Vespasiano quo mare solis prorsus gelonij  
Cum fugit in Phoclogin aut in deserta getarum  
et lac goretur in sanguine potat equino*

21 iii



Et tremulum versa telum vibrare pharetra  
A te vulnifici vellent condiscere parthi *Vatres armis et sagittis*  
Totus in officio vigilas virtutis auite  
Integer es totus: gravitas: facundia tecum  
Iustus es: et verax: et nulli laude secundus  
Te populi spectent: in te stupefacta moerentur  
Lumina fixa ducum: tibi regum excelsa potestas  
Deserat: et celebret te rhenus: et hisper: et Albis  
Ultima nec taceat penitus tua nomina tellus.

*Extrahi garramides*

*Eidem in Phisiam abeunti*

Cum te comtemplo: studiosus optime princeps

Exemplar summi: nosceris esse: ducis

*forma indicat genu  
rositate puris*

Illustri genitos commendat sanguine forma

Hoc vultu: princeps inclytus: esse solet

Dinant eximij: felicia stemmata: mores

Nil quo displiceas: hac tibi parte: nocet

Magnanimos: aule dominos decet esse potentis

Passibus his equas: dux generose: patrem

Iusticiam seruet: populos: vbesq; gubernans

Te nihil in terris: equius esse potest



Blanda duces superis: equat clementia: diuis  
In te ventosum nil: rapidumq; tumet  
Nec postrema viri: laus est: facundia clari  
In labris habitat suada sedetq; tuis  
Ocia vitabunt reges ignava: ducesq;  
Ocia te nunq; desidiosa iuuant  
Consilijs agitat: tua mens: sublimia semper  
Et pro communi: sudat ubiq; bono  
Membra voluptati: nec dedita corpora somno  
Sunt tua: nec vino: delicijsq; makes  
Non gula: non venter: non exitiosa libido  
Utilitas sed te publica: parq; mouent  
Hec quoq; te phisios: nunc suadet adire subactos  
Interea et terris: cogit abesse: tuis  
At populus: quamuis victus: tamen ille fruetur  
Dre tuo: mixto teq; timore colet  
Hoc in te virtus decori: sociata seuero  
Hoc peraget probitas: plena pudore: minax  
Perge ergo: et superos: habeas ad vota: secundos  
Sed tamen et patrie: te cito redde: tue

## Eidem

Omnibus hoc ducibus propriū clarissime princeps

Ut faueant musis: pueridumque sacris

*Urbi capta pueri  
est domibus vatu: sacris  
domi: v. d. g. s. o. r. u. et  
p. h. o. r. u. m.*

Sic macedo captis: robusto milite: Thebis

Pindaricam iussit stare sub hoste: domum

Sic septemgemi Ptolomeus gloria. Nil

Meonide lesū: non tulit esse: decus

Sic templum vobis: sacre: facilesque: camene

Pompilium dicunt: edificasse Numam

Sicque ferunt omnes doctos fouisse poetas

Augustum: sub quo cesare mundus erat

*quid non parte*

Id neque de nihilo: nam diuum cura poete

Carminibus regum: facta ducumque canunt

Et ne quid pereat fame: vel laudis: in illis

Inclita ne carpant: nomina tempus edax

Et genus: et titulos virtutis in omnia mittunt

Secla nec etati: succubuisse: sinunt

Ipsē nec o princeps unquam tua clara silebo

Nomina nec fama: splendida castra: tue

Illustrissimi invictissimiq; principis Al-  
berti Saxonie ducis Epitaphium.

Hic iacet Albertus: invicti nominis Heros  
Saxonum columen: gloria fama: ducum  
Cui viro: arbitrium pugne: Mars tradidit omne  
Et bellona suos: ad iuga flexit: equos  
Iuppiter z legum placidas: cui cessit: habenas  
Hostibus vt terror: pacis vt esset honor:

¶ Aliud Epitaphium

Hic iacet Albertus: tuus o Saxonia dux: qui *hic fuit v[er]o in m[on]u[m]enta*

Summus bellorum: pacis et auctor erat  
Quem nec iusticia reges vicere: nec armis  
Saxa premunt corpus: nulla sed vna decus  
¶ Aliud Epitaphium.

Alberti sita sunt hic clari principis ossa  
Qui fuit invictus robore pace fide  
Sospite quo celos equabat Misna beatos  
Et tetigit superos: vertice leta: deos  
Hoc vivente: fuit scelerum repressa facultas  
Hoc pro iusticia: principe: pugna stetit  
Virtuti nunq[ue] meritos subtraxit honores  
Sulsit in excelsis: pax: probitasq;: loco

Nobili et generoso viro Henrico de Sleyntz  
Quem generosa domus de Sleyntz : notaq; claris  
Et fecunda viris : similem produxit auorum  
Moribus : atq; suam non cessat ducere famam  
Nobilium specimen procerumq; Henrice virorum  
Hoc breue dimidia cecini quod carmen in hora  
Accipe : ne taceant nostre : tua nomina : muse  
Si mea Cadineis turgere praesentia lacernis  
De tyris late lucentia murice promptus  
Vellera largirer : mea si praesentia fortes  
Et solitos equitem campis infundere apertis  
Quadrupes alerent / glomerantem puluere gressus  
Si ceruice vagum / qualem moderatur habenis  
Castor equum / qualem ve potens Babylonis amavit  
Semina donarem : cursu qui vinceret euros  
Aut rapidus celeres iaculati fulminis ignes  
Sed neq; sydonio fulget mea lana veneno  
Nec velocis equi frenantibus ora lupatis  
Impedio : a nullis mihi mascula thura Sabeis  
Proueniunt : gemmas Indus : nec Media succos

Dat mihi nec liquidi rodolemus ab unguine Nardi  
Quas suggestit opes . studium : sine diuite vena  
Et natura parens : leti partimur in omnes  
Prouida quos virtus nobis dedit esse colendus  
Sunt angusta mei : tamen hec quoq; limina : regni  
Ingenium nec adest / florens nec copia rerum  
Sed tenuis riuus : semperq; arescere promptus  
Pympleo laticem pigrum de vertice prebet  
At tibi ceu flumen : torrens ve ex ore deserto  
Dedala nestoree manat facundia lingue  
Forma tua est priami : rerum mirabilis vsu  
Aequiparas Ithacum / quem grandiloquentia dixit  
Pulytropum : sacri Smyrneaq; gloria Cygni  
Quamuis tot claris aliorum nomina rebus  
Transgrediare : tamen rauce de more Cycade  
Garrulus : has tanto nostras tibi scribere nugas  
Sustineo : quas si non dura fronte repellis  
Aure nec excludis tetrica : perfectus ad unguem  
Et nullius egens : me teste videbere laudis  
Pudens : facundus : fortis generosus : et aequus

Visus es esse mihi / moderatum expertus eundem  
Te quoq; si fuero: nec amici vilia parui  
Offitia: aut humilis spernentem munera plectri  
Omnia nimirum bona tunc complecteris vnus  
Nec viciū summis in te virtutibus obstat  
Exiguū: sed ne videat misisse volumen  
Non epigramma tibi: signato hic sine quiescam  
Domino Johanni Mogenhoser vtriusq;  
iuris doctori Et canonico Numburgensi  
Opto tuas versu Mogenhoser dicere laudes  
Sed minor est meritis: pagina nostra: tuis  
Te doctrina beat sacriq; scientia iuris  
Excellisq; animi nobilitate tui  
Es sermone gravis / comiq; affabilis ore  
Es quoq; Lipsensis: gloria certa: laris  
Te virtus ornat: tibi fors blanditur / et omne  
Munus habes animi: corporis omne tenes  
Te pueri laudant: iuvenes tua nomina cantant  
Et populo mixti. cum seniore. viri  
Te facundus amat / celebrāt te carmine vates  
Vocibus assiduis: te coluere rudes

Te veneratur eques: patrum conspectio: ordo  
Te meminit: nec tu plebis honore cares  
Nos quoq; te colimus: qui sic laudaris ubiq;  
Deficiant numero: non mea vota: suo  
Ut valeas felix. ut te pia numina seruent  
Ut capiant anni: secula multa: tui  
Hoc pro te rogitant / quibus est charissima virtus  
Votaq; sunt muse non leuioꝛa mee

¶ Ad Eundem

Nummatus humiles: et miti pectore paucos  
Vidimus: immodico crescit honore tumor  
Omnia sunt tecum que fortunatus habebit  
Consilijq; patet copia summa tui  
Magnaq; romane currunt tibi flumina lingue  
Te cuperet timidum: plus Cicerone: forum  
Non tamen elatus: non es iactantioꝛ equo  
Respuit urbanos: nec tua mensa: iocos  
Hospitibus clemens: paribus iucundus amicis  
Ignotis etiam: largus es ipse: viris  
Fastidire solent inopes ( ut diximus ante )

Quorum regales : archa flagellat : opes  
Cur etiam tu non animo : vultuq; superbis  
Et tantum dites : ambiciosus : amas  
Conuenit hec leuitas vulgo : prudentia tecum  
Et virtus stabilem laudat honesta fidem

¶ Ad Eundem

Qui prece sollicita : speciosos ambit honores  
Ille suis tantum nobilis esse potest  
Qui memorem curam : specioso dedicat auro  
Addictum si quem munere palpat habet  
Qui vero sacras Musarum amplectitur artes  
In vacuo nullum preterit orbem locum  
Sed decus ad gentes : venturaq; secula spargit  
Nec lachesis sortes : neu fera fata timens  
Tu quoq; de musis Mogenhofer docte mereris  
Posteritas famam ne premat vlla tuam

¶ Ad Hermannū Cesarem Stolbergiū.

Me ne pio casus pene orbauisset amico  
Nuper ! et in luctum : precipitasset atrox !  
Te ne mihi nuper Stolbergi pene furentes



Quadrupes actis : eripere rotis !  
Mens pauet admonitu : cum tanta pericla reco:do:  
Languidaq; exanguis pallor in ora venit  
Attonitus sedi vultuq; et lumine torpens  
Te referente tuum : triste : recensq; malum  
Ad loca cum nobis non fausta redire parabas  
Que nostrum damno vidit vterq; suo  
Narrasti vt currum seui rapuere iugales  
Per tumulos : lati planiciemq; soli  
Per iuga : per valles : perq; abruptissima terre  
Inuia : per salebras : solaq; tesqua : rubos.  
Precipiti donec venere ad flumina cursu  
Milda vehit ripis : que lutulenta : suis  
Tum vero furis stimulati : et verberare ceco  
Vt subito in medium : prosilueret lacum  
Seq; vt impulsa petierunt moribus vnda  
Et rabie totis intumueret vadis  
Vtq; per ignotum : curru fluitante : profundum  
Ausus es oppositis credere corpus aquis  
Mareq; per fluctus : amnemq; impellere palmis

Veste licet cursus : impediante : tuos  
Hec ita te memini timido mihi dicere : sed tu  
( Crede mihi ) es superis : publica cura deis  
Hij te seruarunt / ad dignos Cesar : honores  
Hijq; volunt pylios : te superesse : dies  
Hij quoq; q̄ posses vnq̄ sperare : fauentes  
Sila dabunt vite prosperiora tue

¶ Ad eundem

Indignus cauea volucrum rex : et iouis ales  
Clara per ethereas : dirigat oia : plagas  
Nec generosus equus plenum ad presepe senescat  
Sed cursu zephiros prouocet : atq; nothos  
Paruaq; littus amet securum cymba : sed ere  
Velivolam fundat / panda carina : fretum  
Te quoq; non totam decet vni impendere vitam  
Sed loca sub parcis : cernere plura : tuis  
Te decet et mores varios : terrasq; repostas  
Noscere : et hinc fame : querere lucra : tue  
Aerias alpes : altoq; minantia celo  
Saxa : tibi immenso : sunt speculanda : iugo

Aspicias rapidis Aethesim peregrinus in undis

Ibis ad euganeos: ad venetosq; lares

Eridani potabis aquas: fluctusq; videbis

Et que Ticini rura fluenta secant

Ibis et ad doctam Boiorum nominis urbem

In tusco cernes: oppida lyda: solo

Ausoniam totam lustrabis: et auguris urbem

Et vaticani: recta superba: iugē

An non hoc melius: q̄m fortes segniter annos

Perdere: non dignos: inter et esse: viros

Recte igitur stygijs: emersus nuper: ab umbris

Ad viuos homines: pectus: et ora refers

Utriusq; iuris Doctori Johāni Scheibe

Carmina que mesto petis inscribenda: sepulchro

Accipias nupte: Scheibe diserte: tue

Pro dolor: hec q̄m primis decessit in annis

Duo annos viuas coniungis: atq; tuos

Anne eiusdem uxoris et pudicissime femine Epitaphium

Hoc matronarum specimen: iacet Anna: sepulchro

Formula legitimi sancta: fidesq; thori

B ij

Quam moeris oppressit partu inclementer acerbo

Negra tamen geminas : edidit ante : pupas

Que cum viuifico : lustrassent membra lauacro

Sato etiam miserum : destituere : patrem

Ingens : Scheibe tulit hac coniuge : vulnus : ademptis

Forma : pudor : probitas : hic decor omnis eras

Epitaphium Hylarij Wilde

Hac wilden modica requiescit Hilaris vna

Spes quondam patris : primaq; cura sui

Huic septem lachesis vix dum bis neuerat annos

Et iam notus erat : conspicuusq; palam

Novit Aristotelem tener : excussitq; Platonem

Doctaq; fingebat carmina : pene puer

Pene puer lingue nitido pollebat honore

Tractabat latas : et Ciceronis opes

Pene puer cepit virtutum scandere culmen

Artibus : et claros equiparare viros

Heu dolor : in prime decedit flore iuente

Raptus : et a dira peste peremptus obit

O seue leges : o cruda iniuria fati

Et festinatis : semper iniqua : bonis  
Que subito letos occat melioribus annos  
Et contra seruat deteriora diu  
Hic nisi precipiti clausisset funere vitam  
Esset teutonici : fama stuporq. solē

Aliud Epitaphium.

Wilden adhuc teneris discessit Zylarius annis  
Quem tegit hic gelido : frigida petra : sinus  
Si virisset erat patrie : noua gloria : terre  
Accessit superis : iam noua fama choris

Excellentissimo medicine Doctori  
Johanni Lantsberck.

Sama fuit quondam medico : um maxima pūsci  
Anguis sub specie quem coluere patres  
Posthunc si memini Podalyrius atq. Machaon  
Florebant euo : nomina prima : suo  
Hippocrates medica peperit sibi cous in arte  
Eternum posthos obtinuitq. decus  
Tu quoq. nunc inter medicos clarissime Lantsberck  
Es seclī princeps : atq. Auicenna tui

Magistro Johanni Linde:  
man scribe Lipsensi.

Artibus in septem q̄ sis et iure peritus

Hoc vno laudem : nomine dico tibi

Q̄ mores tibi sunt prestantes : debet honorem.

Iccirco factis : nostra Thalia : tuis

Q̄; nullum ledis : q̄ nulli detrahis vnq̄

Debetur studijs : palma fauorq̄ : tuis

Q̄; non te reddunt elatum prospera fata.

In te prudentis : colligo signa : viri.

Molle etiam Carmen q̄ amas : dulcemq̄ poesim

Soluimus hoc fame nunc Epigramma tue

Quod si non spernis tunc Lindeman ista sonabit

Pro laude ingenij plus mea musa : tui

De Lyps

Parthenope studiosa fuit : fuit Ardea pugnar

Justicia insignis terra salisca fuit

Et lacedemonium cultum : diuesq̄ Tarentum

Irriguum Tybur : atq̄ salubre ferunt

Et baias celebres : et pascua iugera Parme

Munitos Gabios : magnanimosq̄ canunt

Lyps habet has laudes sola : et complectitur omnes

Hec bello : hec studijs : hec opibusq; valet

¶ De eiusdem Archademia

Quo nunc Democriti risus : et cuncta silendo

Que docuit famij : provida cura senis !

Quo nunc Socratice migravit gloria mentis !

Aut quo cum magno : silua Platone suo !

Ipsa ubi nunc tote tandem celebrantur Athene

Et pallas musis concomitata sacris

Omnia nunc retinet Lips hec : et possidet una

Lips inquam docti : fama parensq; chorus

Ad Magistrum Andream Sabanū alias Bonee

Ingenuas artes capis : hec sunt dona Minerve

Moribus exuperas : hos dedit alma Venus

Carmina pegaseo scribis felicia cultu

Hoc a phebæo numine : munus habes

Verba suis paulum numeris si iuncta remittis

Archadio poteris scripta probare deo

Tot tibi cum dotes adsint : et munera diuum

Attamen ut multis : non tibi corda tument

Non huc fastosus : non illuc lumina factas  
Sed vultus hilares : et sine nube geris  
Perge ut cepisti : solum hunc ego laudo Sabane  
Sui strepitu misso : nouerit esse sophos

¶ Ad eundem discedentem.

Te vocat hinc studium : vocat hinc pia cura Minerve  
Ad loca delicijs fertiliora tuis  
Causa potens a me quamuis te separet : hortor  
Ut Buschij nolis immemor esse tui

Ne tibi succurrant (caueas) obliuia nostri

Quemq; nequis oculis : mente : animoq; : vide :

Nam quem presentem tu totus amare solebas  
Absentem decet hunc : non minus esse : tuum  
Si locus excludit dulcem longinquus amicum  
Vultus at ex animo : non fluat iste : tuo

¶ Ad Eundem.

Ut miles tutis possit confidere castris  
Bellica nec timida signa sub hoste rapi  
Viribus et cura : sollers dur prouidet : atq;  
Arte dolos omnes : insidiasq; cauet



Sedus amicorum ne quis violare duorum

Hostis : et ingenio possit obire malo

Dux in amicitia Boner charissime nostra

Hec tibi milicie signa tuenda damus

¶ Ad iuventutem Lipsensem

Temea musa vocat : iamiam studiosa iuventus

Te vocat in thalamum : nostra Talia : suum

Ibit in amplexus : libabit et oscula blande

Nudaq; monstrabit : pectora tota : tibi

Obera si tangas niue : candidiora : recenti

Ardebis caste semper amore dee

Oscula si dederit manantia nectaris imbri

Ulterius queuis hec quoq; crede dabis

¶ Nunq; dilectos illa auersata repellit

Non didicit castis : esse maligna : viris

Te sua ( ne dubites ) intra penetralia ducet

Angulus atq; tibi cognitus omnis erit

Pandet opes largas : melioraq; vellere Serum

Et gazis Cresi : diuitijsq; Myde

Etq; bonis tantis : quiduis auferre licebit

Tu quamuis ambas : mittis ad illa : manus  
Ut maiora loquar : iunget se federe sponsam  
Dus tibi perpetui nomen honoris erit  
Ad eandem q nihil sine labore  
ad splendorem perueniat  
Induat ut ferrum lucem splendore superbam  
Cote rigens teritur expoliente calybs  
Et rude limatur vario subacumine lignum  
Luminis ut vultus : aut ferat ora ducis  
Utq bibant tyrios : sordentia vellera : rores  
Eluitur crebris : lana subacta : vadis  
Laminaq ardentis coquitur generosa metalli  
Igne sit ut radijs : emula p hebe : tuis  
Artificiq diu gemme raduntur : et indi  
Dentis ebur : preciam : q̄ meruere suum  
Sic etiam ingenij longo sudore venit  
Ad cultum : et titulos : Pallade dante : sacros  
Segnicie nulla est : nisi sola infamia : merces  
Virtus difficili : tendit ad astra : via  
Vtile consilium quare tibi trado iuuentus  
Tempus ama : et celeres : cauta lucrare : dies

**¶** Ad Sebastianum Kotalis Ingelstadiensem

Quod mihi misisti pridem charissime munus

Ut missum Nonio vertice : Carmen amo

Hoc credolet violas : hoc lauri spirat odores

Et candore suo : lilia cana refert

Hoc est tam purum : tam nulla sorde perunctum

Ut niteat liquidis plus helyconis aquis

Et sit dalmatico longe preciosius auro

Nobilius gemmis : blandius atq; rosis

Trita manu sponse : non tantum succina fragrans

Nec que vere nouo vinea flore tumet

Eruperatq; litas : hybled melle : placentas

Quodq; tonans nectar de Ganymede capit

Hoc se facundus vellet scripsisse Tybullus,

Aut nondum Naso iussus adire Tomos

Hoc et docta suum vellet Verona Catullum

Et vellet Ruffum : felsina clara : suum

Et vellent omnes hoc se scripsisse poete

Aut vellet scriptum quilibet esse sibi

Ergo ego sum tecum cunctis felicior illis

**¶**

Nostra et in hoc aliqua est fors ratione prior  
Imprimis tua: q̄ tu tanti es muneris auctor  
Huic mea: q̄ munus sit mihi tale datum

¶ Sacre Theologie Doctori  
domino Paulo Schyller.

Sunt multi sacre: profitentes nomina: legis  
Sed pauci morum sunt: operumq; duces  
Est veneranda sequi tm̄ hoc vestigia Christi  
Et sophiam: pleno pectore: nosse sacram  
Si quis virtutes tantus quas edidit auctor  
Nos docet exemplo: precipit atq; suo  
Doctores: hominum genus: hos male respicit: immo  
Plus fugit: et crispa fronte: grauiq; premit  
Verborum strepitu vano: qui marmora rumpunt  
Exemploq; putant: nil opus esse: bono  
Plus sane factis: omnes: vitaq; docemur  
Qm̄ verbis: que nos non nisi voce mouent  
Hijs tu ne similis videare pijsime Doctor  
Ipso opere: atq; omni sedulitate caues

¶ In Conradi Wympine sacre The-  
ologie Doctoris eximij orationem coram

Reuerendissimo Cardinale Raymundo  
sedis apostolice legato habitam.

Ante ego Conradum Winpinam sola putabam

Suntq; in socraticis : perdiscisse libris

Et tantum rigidas sophie excussisse latebras

Et semper scriptis inuigilasse sacris

Cogit opinari secus hec Oratio : me nunc

Est coram summo : que recitata : viro

Ut video surgit : non vno : in prelia : telo

Vna nec tantum : concurit arma : manus

Hinc ratione valet : cum res vocat inde superbo

Eloquio : attonitos : reddit et ore : viros .

¶ Ad Simonem Pistoris Medici  
ne Doctorem Peritissimum.

Te reliqui vates numeroso carmine laudent

Attollantq; artes : alta sub astra : tuas

Me cebrasse : Simon : sat sit te hic optime paucis

Conueniens studijs : est breue lemma : meis

Vota ferant alij phebo : medicoq; deorum

Tu me Peoniam iudice vincis opem

C ij

¶ In usurarium

Audio laudari: nostris in versibus optas

Inq; meis aliquod nomen habere libris

Carmen si patitur: vocem usurarius istam

Confide: optati tunc cito compos eris

Vincere susidium te dicam: poscere quinas

Usuras solitum: non moriere puto

¶ In quorundam arrogantes et elatos mores

Nunc hominum bona pars: aura suffulta secunda

Se colit: et tumida cetera fronte notat

Seq; ita conspicuos merituram sperat honores

Sed longe ingenio: fallitur: illa suo

¶ In opus Iuenci amissum et nup; recuperat

Nectite pierides hederas: et carpite lauros

Castalius liquidas porrigat altus aquas

Insolitoq; nemus: tollat iuga leta: virore

Quo stetit alatus Bellerophontis equus

Permessus nitidis irroret gramina lymphis

Littora Cephisi come Thalia tui

Cyrra ferat flores: violas: et lilia circum

Spirent innumeris Delphica rura rosis  
Aura leni flatu : tota regione susurret  
Stillent cecropijs : roboria : querna fauts  
Applaudat reduci tellus Hispana Iuenco  
Neglectum cuius squalor edebat Opus  
Qui modo canicie vultus abeunte nitentes  
Induit et forme : pristina membra : sue  
Sulget Appollineis iterum : cana digna corymbis  
Et manus auratam : pulsat eburna : lyram  
Desine mirari supplex mouisse q̄ Dipheus  
Dicitur inferni : flebile numen agri  
Vana quidem sunt hec : sed gloria tanta Iuenco  
Aduolet ethereum qui mouet ore deum

¶ De Vergilio Marone.

Gloria magna fuit : domito tibi Cesar in orbe  
Cum terras regeres Oceanum q̄ patrem  
Maior adhuc summo debetur iure Maroni  
Cuius de gelida morte triumphat honor

¶ In Ciceronis officia .

Qui cupis ad frugem : moresq̄ venire probatos

Consultum vite: qui cupis esse: tue  
Officia hec vigili Ciceronis pectore disce  
Cunctaq; diuini muneris instar habe

¶ In Comedias Plautinas

Si cupis aoniꝝ conscendere verticis antra  
Si nemus: et clarꝝ tecta subire: dei  
Si conuiuia cupis musarum tangere mensas  
Si cupis umbroso discubuisse thoro  
Si celeste: manu grauida: vis sumere nectar  
Si vis eternis: ora fouere: rosis  
Si vis vt referant veneres tua verba: iocosq;  
Si vis vt salibus: delicijsq; fluas  
Imbue Plautino: iuuenilia pectora: fonte  
Castalidum hec vinis: vena redundat: aquis

¶ In Easdem

Delicias: veneres: risus: conuiuia: lusus  
Quicquid et est itali: Cecropꝝq; salis  
Plautine memorant: monstrantq; ex ordine muse  
Verba pete hinc studijs: sensiculosq; tuis

¶ In Silium Italicum



Concilio vatum : Musis : et Apolline dignum  
Vis opus : et dignam Palladis aure lyram !  
Grandia facundi mirare poemata Sili  
Bella quibus tyrif prodidit ille Ducis  
Scipiadeq; manum : quam non Hispania tota  
Sustinuit : claris : leta potensq; : viris  
Cuius et herculee : victricia signa Columne  
Litto:aq; hesperif pertinuere freti  
Plurima que rigido consumpsit millia ferro  
Uno deleuit : binaq; castra : rogo  
Hasdrubalem fudit : Numadum quoq; vincla Tyranno  
Addidit : et lybicus iura iugumq; : dedit  
Nec tu prolixus quia sit : moueare : poeta  
Pondus inest magnis utilitasq; libris  
De magno sic implus partit amicus aceruo  
Sic plus q̄ riuu fluminis vnda sapit

¶ In funginum.

Ignauus queritur quidam funginus : et omni  
Sordidior coeno : sordidiorq; luto  
Procedat nobis tarde q; lectio Sili

Et tamen auditor : non solet esse : meus  
Parua loquor : nos hic non tantum preterit : illum  
Sed fugit : et spernit quisquis honesta docet  
Si quos inuisit : sectatur : amatq; docentes  
Hos bibulos : Nimos : lampfaciosq; reos  
Tunc qm̄ non vult : nec discit nostra : nec audit  
Sentio quod : vero verius esse : loquar  
Missis qui proprijs : aliena negotia curas  
Hic homo vel stultus : vel miser esse solet

¶ In Persium Satyrographum

Non semper par est : virtus et gracia : magnis  
Corporibus : sed plus sepe minora valent  
Vulture sic auido : longe est preciosior Artis  
Sic et ab eod p̄sitacus orbe datus  
Surculaq; Assiria vincunt stillantia : gutta  
Sic ornos steriles : Populeasq; trabes  
Sic gemma in digitis fuluo gestatur et auro  
Spreta rigent crasso : cum tibi saxa : luto  
Sic etiam in satyris : Opera effusissima : paucis  
Pecurrit solo : Persius ipse : libro

¶ Jodoco Beissel Patricio Aquisgrani.

Si non contemnis ieiuni carmina vatis

Et potes indocte verba videre lyre

Pollice deductam celeri tibi mitto salutem

Debeat hec animi testis ut esse mei

Si paulum nos hic ad te monuisset iturus

Venisset pleno cera notata sinu

Imperfecta tamen manus hec properando coegit

Ut miles subitis hostibus arma capit

Nec decet expectes maioraq; viribus optes

Buschia cum rauco stridet auena sono

Non hic Eschilei robur Jodoce Cothurui

Rustica sed nostrum : mulcet harundo : chorum

Si foret eximium magni nisi pectus Homeri

Ingenio munus dexteriore darem

Sed taurus sacras semper non imbuit aras

Placat adorandos sepe columba deos

Tu quoq; dijs simile nostris te finge camentis

Et cum non possis magna : minora velis.

¶ De Hyeme

Nuper amabilis ego lasciuire rosetis

Et vidi cultas flore ligare comas

Nunc dumeta rosis: nunc sunt sine floribus agri

Et tristes abigunt Lumina rure niues

¶ Aliud

Gramina ver nutrit: sed hyems cana flumina sistit

Omnia vere tepent: nunc Aquilone rigent

¶ Laus veste

*Alcmena* Alcmena genitus secundam concutit hydrans

*Bebrica* Bebrica Pollucis corripuere manus

*Cynthius* Cynthius aurato Phytone[m] sustulit arcu

Gorgoneas Perseus messuit ense comas

Peruigilemque celer Tegeaticus enecat Argum

Immanes Laphytas Martis et ira domat

Orion sensit pharetrate numina phebos

Pallantem letho torua Minerva dedit

Hec admirati maiores magna putarunt

Sortio: his: hyemem vincere Vesta solet

¶ Ad Johannem Tritennium Abbatem

Quis vetat ingressum cantoris Apollinis edem

Cernere laurigeri : pectus et ora: del  
Hoc mihi contingit cum sim prope limina phebī  
Ad vatem recta non licet ire via  
Tritenni nomen referenti Janitor obstat  
Et fingit longas ne videare moras  
Aut precor optati detur mihi copia vultus  
Corda vel hec studijs fac inimica tuis

¶ In librum eiusdē de scriptorib⁹ ecclesiasticis.

Semine de phebī: nymphæq; Coronide natus  
Si non antiquis est modo vana fides  
Fletibus armigere: fertur precibusq; Diane  
Hyppolitum superis restituisse locis  
Audita rerum Lachesis nouitate: tonantem  
Occupat: et lites cum ioue seua mouet  
Et queritur leges: eternaq; federa frangi  
Insanaq; furens sidera voce replet  
Iuppiter offensus tantis clamoribus iras  
Concipit: et sacro turbidus igne rubet  
Nec mora terrificis vulcania tela ruinis  
Torquet: et hec etiam vulnera: curet aſt

Sit fragor : et nigro pendentes aere nubes  
Dissiliunt: valida mors venit acta manu  
Labitur ad terram moribundus : et ethera linquit  
Qui docuit vetitam rursus ad astra viam  
Non licuit succis animam medicantibus vnani  
Ad vite liquidos hunc reuocasse polos  
Hac tamen inuidia tutus Tritemius Abbas  
Reddidit ex imo : milia multa : Chaos

¶ Pomponij Leti Ep̃.

Excessit postq̃ superis Pomponius oris  
Qui pater et vatum primus in vrbis fuit  
Historie merent : luget cariota vetustas  
Et flent amissis : clausa theatra : iocis

¶ Aliud

Phebus vt audisset Leti lachrimabile fatum  
Summaq; parcarum : stamina rupta : manu  
Damnauit lauros : arescere flumina iussit  
Vngula gorgonei que caua fecit equi  
Et dixit nigra crines cingente cupresso  
Sic dolui chari funera seua Lini.

¶ Aliud

Si quisq̄ ritu veterum spelea parentum  
Cecaq; fatidici consulit antra dei  
Non petat hic Cumas: non delphica templa fatiget  
Pomponi cineres hic modo fata canent

¶ De honorandis ei⁹ ossibus ad Musas.

Spargite felices helyconis Numina frondes  
Hesperidum quales aura benigna fouet  
Et date sarcophago: casias: opobalsama: nardum  
Hec aliter q̄ sic non decet ossa coli

¶ De amoris simulacro

Asperxi nuper lasciva Cupidinis ora  
Si memini: nudum vidimus esse deum  
Nudus erat totus: nudi patuere lacerti  
Sic reticenda ferus prodere cogit Amor  
Mouit et auratas radijs fulgentibus alas  
Quod faciat cupidos: instabilesq; viros  
Fronsq; supercilijs risit sine lumine blandis  
Heu que se deceant cecus oberrat amans.  
Et tener adducto lassabat brachia nervo  
Vulnerat: et telo: sauciat ossa: suo

Et facibus ludens : flammam spargebat et ignem

Vixit : ut accensi : viscera macta : foci

Ergo consilijs adolescens utere nostris

Et caue ne puero subijciare deo

¶ Amheroticon

Quisquis in expertus Veneris mala gaudia nescis

Qui sentis nondum quod sit amare iugum

Si sapias aligeri fugias fera iussa tyranni

Selle madet si quod missile tinxit amor

¶ Aliud

Qui fuit ingrediens Amor : et blandissimus error

Paulo post atrox incipit esse dolor

Hoc fore demonstrat vox : ipsaq; littera signat

Ultima que toto fine canina sonat

¶ Magnifico viro Sigismindo Altmann : alias  
Smitmöl Vtriusq; iuris Doctori : et Lipsensis  
studij Rectori optime merito.

Ingenuas alius Smitmöl sibi vendicat artes

Scita patrum : et leges Cesaris alter habes

His et si careat aliqui : tamen esse celebres

Corporis : aut alio commuerere bono



Hic forma prestat: precedit moribus alter

Hic lingua: nervis: plus agit ille: suis

Externis aliis famam sibi comparat oris

Oppida diuersus dum peregrina colit

Tu ius pontificum: tu legum Enigmata calles

Encyclicas artes ingeniose tenes

Vidisti mores multorum cantus et vides

Audisti latie: pectora clara: toge

Nec te destituit corpus: roburque fidele

Sermo tibi grato cultus ab ore fluit

Que diuisa solent illustres reddere multos

In gremium fudit fors simul ista tuum

Ergo te merito Rectorem Lipsica pallas

Imposuit studiis: vir memorande: suis

**C** In Miserum

Ebrius: implacidus: rudis: inconsultus: et asper

Sordidus: effrenis: litigosus: atrox

Ridiculus: mendax: vilis: temerarius: audax

Agrestis: petulans: vaniloquens: et iners

Lorvus: morosus: varius: factator: ineptus

D ij

Sutis : inflatus bile : furore tumens  
Tristis : inhumanus : preceps : immitis : acerbus  
Subdulus : et mendax : plus nimioq; procaz  
Improbis : inuisus : conturbatorq; malignus  
Dissimilis docto : dissimilisq; bono  
Delirus : nugax : opicus : sycophanta : protervus  
Tetricus : et rigens ( ut canis ) ore senex  
His vicijs : veluti turmis instructus et armis  
Me petit : et predam : me putat esse : suam  
Sed tu si paulum spectes modo : candide lector  
Occumbet furijs : Ardelio iste : suis

¶ Aliud in eundem.

Quidam mendacem dixit Misene : lenemq;  
Te nuper : verum hunc : an retulisse putas  
Errant : non es mendax : mendacium es ipsum  
Ipsaq; tu leuitas : non es Amice leuis  
¶ Cunctis mōstris intolerabiliorē esse mendacē  
Qui legit antiquos scriptorum ex ordine libros  
Sepius : et vatum qui monumenta videt  
Audit ab Irata genitos cellure gygantes

Aethereoq; ausos bella mouere : deo  
Audit ab herculea domitos virtute bimembres *mutantur*  
Et que multa solum perniciofa tulit  
Hic ego si memorem duri Busiridis aras *qui nos manant hospites*  
Et diomedei: pabula nota: gregis  
Denomaiaq; feror pectus: polyphemon: et artes  
Iuris <sup>can</sup> Auentini: Geryonisq; manus  
His et si dirum: vafumq; lycæona iungam  
Et regem hospitij: tu polydore: tui  
Terribilem phlegyam: Salmonea: et inde Procuftem  
Quiq; fuum primo fenfit in igne bouem  
Nil par inuenio mendaci: cuncta venena  
Hec vincit rabies: perniciesq; mali  
Tabifice cedant peftes: pallorq; famefq;  
Spumaq; Cerberæ: vincitur atra: gula  
Hippomanis <sup>vinina</sup> minor est guftus: taxiq; nocentis  
Succus: et infana nomine Gallus aqua  
In me lucani: feritas defeuat: vifi  
Laurens tendat aper: marmaricusq; leo  
Hoc ego q̄ mihi fit res cum mendace: preopto D 14

*Themiſis Cypru oppidū ubi vixit Themiſis  
Themiſis Cypru oppidū ubi vixit Themiſis*

Inuisum nihil est hac magis arte mihi  
Sed tu cum superes falsum Miseneloquendo  
In mundo mendax quicquid ubiq; fuit  
Te plus q̄ furias metuo: sed spero futurum  
Ut dominum evereat: perfida lingua: sum  
¶ Doctorei Guilhelmo Haldenhoff medico p̄stātissimo  
Optime doctorem medice Guilhelme corone  
Gloria: nec fidibus: pretereunde: meis  
Tu facis: ut nostra hec nullos desideret etas  
Quos grata veterum: mente dicavit honos  
Non ego te Musas: Themisones: non Auicennas  
Sospite non Crateros te: Rubiosq; peto  
Non quorum phrygio viguerunt nomina bello  
Sollicitant animam: te superante: meum  
Huc etiam accedit ratio pulcherrima vite  
Et nunq̄ nimio: dedita cura: lucro  
Aegri obtenta salus: te plus q̄ munera tangunt.  
Hinc tibi doctrine: laus: fideiq; datur  
Queritur humani: dextra hinc tibi fama: probiq;  
Infuscatq; auidi: te nota nulla: viri



**C** Leonardo Meyßbergen legū Doctori p̄stātissimo: inter  
Ante dies aliquot: legū celeberrīe docto: (gerriōq̄.  
Venit ad auriculas: res mihi grata: meas  
Nomine (dum viuo) cuius tibi debito: ipse  
Atq; tuus vates: et celebrator: ero  
Audiui nostra: que dixeris optime causa  
Et fuerit cordi: q̄ tibi: noster honos  
Et q̄ constanti sis pectore multa locutus  
Quamq; latus fido clausuris orbe meum  
Cum nuper de me sermo: presente fuisset  
Ordine: vestrorum concilioq; patrum  
Quo sibi non minimum vestra hec Academia fide  
Sed veluti clauo nititur anne ratis  
Hoc meritum nullus: nostro de pectore: casus  
Quellet: diues: siue ego pauper: ero  
Siue infirmus ero: morbisq; prementibus eger  
Siue ego: fortuna: prosperiore vehar  
Siue hic: siue alibi: longe iactabor in oris  
Siue ego sum in terra: siue futurus aqua  
Me siue occasus: me siue receperit ortus

Corde memor grates: et simul ore canam

¶ Magistro Paulo Swoffheym Gorlizenſi.

Non ego diuitias regum: non atria miror

Que ſors arbitrio: verſat agitq: ſuo

Sola mihi e cunctis rebus miranda videntur

Doctrina: et virtus: cetera fluxa puto

Ergo Paule tuum doctiſſime ſemper amaui

Ingenium: quod te laude ſub aſtra leuat

Quod nihil occultum ſibi: preteritumq: ſinendo

Ad ſummum euaſit: aſſiluitq: decus

Vix aliud rerum cauſas ſubtilius vllum

Percipit: et quicquid pectora docta terunt

Vix vlli: ratio ſemper ſic conſtat: in omni

Ambiguo verum difficiliq: tenes

Quid tam perplexum: q̄ eſt ingenioſa Mathēſis &

Addita conceſſit: tam tamen illa tibi

Pieridum cantus etiam: celebresq: poetas

Et veterum vitas: ac monumenta legis

Nil intentatum ſtudio: ſtudioſe relinquis

Utile tu cuiq: quod didiciſſe putas

Et sapiſ: et ſentiſ recte: me iudice: paulſ

Hec hominiſ proprium: nam reor eſſe: bonum

Purpura: gemma: aurum: fortunã hec cuncta ſequuntur

Ipſa nec inſtabili / ſunt ſita regna: gradu

Artibus ex claris ſi quod memorabile nomen

Immortale: mihi crede: mereris: erit

¶ Ad Johannem Sturnum

Miſiſti in noſtras edes: dulciſſime Carmen

Ingenij: munus nobile: Sturne tuſ

Hoc ego ſic aude perlegi: vt vertice in ipſo

Parnaſſi viſus: ſum mihi: ſtare ſacri

Plectraq; muſarum: volucrumq; audire ſuſurros

Quicquid et eſt querulum: nectareum vel ibi

Protinus hic ſuperat: dixi mihi: Sturnus olores

Quamvis argutos: phebe canore: tuos

¶ Ad Eundem

Bis iam miſiſti verſus dulciſſime nobis

Dinaſti et nugæ: Sturne poeta: meas

Sed nondum licuit nobis te cernere coram

Res deſit votis: hæcenus iſta: meis

E I

Ergo si phas est: queso doctissime Sturne  
Cernere me vultus ut patiare tuos  
Presentēq; loqui tecum: mihi crede: voluptas  
Plenior hac animo vix erit vlla meo  
Que mihi narrabis: Cicerouis dicta putabo  
Carminē qđ pingis: omne Maronis erit

¶ Emulatio Gvidiana:

Non humana canunt diuini carmina vates  
Insidet ethereus: pectora nostra: deus

¶ Alia

Quod canimus sanctis superum descendit ab astris.

Nil mortale sacri vatis ab ore venit

¶ Mihaeli Hobingio Monasterien.

Nox erat et placido dederam mea lumina somno

Cum mihi sunt animi reddita verba tui

Jam sopor ingressus: curis resoluta fouebat

Membra: volant toto somnus et umbra polo

Ut precepisti tua fert mandata minister

Et pulsat thalami: limina clausa: mei

Neq; tuo iussu Mihael facunde salutas

*deus in nobis  
sunt et gaudium  
reus habitus dicit  
vix spiritus ille vult*



Et reteggit muse: pignora docta: tue  
Postq̄ pulsa quies: oculos: artusq̄ reliquit  
Et vigil officium: mens facit ipsa: suum  
Nudus et innixus cubito: tua carmina legi  
Carmina pegasei plena liquore faui  
Visa statim cantus sunt exuperare: lyramq̄  
Imperium cuius saxa secuta ferunt  
Quod vocale sonat moribundi guttur oloris  
Cedit: et ausonii monstra candida freti  
Massica mulsæ loquens: et nectar pagina spiras  
Totaq̄ sanguinei turgēt odore Croci  
Non igitur dubites: habitat tua pectora phebū  
Et de quo loqueris Numina riuus habet  
Illuc Castalides veniunt: ea littora nymphæ  
Defendunt: errat qui secus esse putat  
Argumenta dabunt: distincta coloribus æna  
Addixisse sacras: hec sibi rura: deas  
Vendicat et zephyrus non indignante sororum  
Algmīne: qui vernas seminat ore rosas  
Illis parcit hyems: inuitaq̄ frigora ledunt

Et

Illa nec insanis obruit auster aquis  
Non igitur dubites habitat tua pectora phebuis  
Et de quo loqueris Numina riuus habet  
Quod tamen a nobis petis: ut tua protinus addam  
Nomina litterulis Carminibusq; meis  
Non decet ut charo questum munus amico  
Asper: et ignauo rusticus ore negem  
Sed rogat Aegyptus lentem: panchea Sabens  
Germina: sublata lachrymat Ida pices  
Dinari quotiens optas tam paupere vena  
Cum tua sint studijs fertiliora meis  
Postremo grates habeo tibi sedulas: ante  
Lustravit nostras quod tua musa fores  
Et me polliceor: (spes est si tangere lauros)  
Facturum votis nulla minora tuis

¶ In Nauticā Sebastiani Brant doctoris.  
Cur libuit fatuum tibi Brant doctissime vulgus  
Curua procelloso pandere vella notho!  
Cur minus Autumedon placuit: q̄ Typhis: habenas  
Qui regeret flexe: pressaq; loza: rote

Turbine fluctiferas girat grauis aura carinas

Securas prohibent: ventus et vnda: vices

Luta fugit stultus: ratione carentia laudat

Ergo vehit populos equos: et aura meos

¶ Ad Euticum iuniorem

Ne sine perierio currant mihi tempora ludo

Ad placidam venio: sedulus ipse: lyram

Sed mea diuersis dum mens stupet anxia causis

Incidit hec studijs vnica cura meis

Tot variare vices celestia fata: nec vllis

Sub celo stabilem rebus inesse fidem

Omnia mutantur: mons est vbi plana fuerunt

Lubrica so:is vires: sic probat ipsa: suas

Nunc homines habitant vbi quondam lustra ferarum

Lutaq; siluicolis antra fuere lupis

Ubera Martigenas pauere ferina gemellos

Est vbi nunc phrygijs Roma superstes ausis

Et freta per campos horrent diffusa patentes

In quibus emeritis pascua bobus erant

Regna tyrannorum tempus subuertit: et vices

E iij

Succumbunt annis: marmora dura: suis  
Edipodionie quid sunt nisi fabula thebe!  
Eraq; et artifices arx ephyrea silet  
Carthago nihil est: nihil est animosa Sagunthus  
Et iacet illustri cum Babylone Tyros  
Nos quoq; mortales sumus: et breuis ista voluptas  
Tunc cum preterijt non reditura fugit  
Ergo si sapias: ne crede fugacibus horis  
Eutice: sed donis utere chare datis  
Tu potes ethereos ignes equare canendo  
Et summos inter: nomen habete: viros  
Assere propterea nigro te viuus ab orco  
Ne cedas stygijs: Eutice totus: aquis

¶ Quid ubiq; vir fortis patriam sibi  
vendicet Emulatio Quidiana.

Quid refert seu quis Rhenum: seu petet Araxem  
Est forti regio patria queq; viro

¶ Alia

Quid gemis exilium! locus est et patria forti  
Astra ubicunq; tue: dant alimenta: fuge

¶ Alia

Omne solum forti tanquam natale putandum est  
Piscibus ignote sic habitantur aque

¶ Alia

Hanc patriam frustra laudas ignave: vel illam  
Sortibus est patrium mundus ubiq; solum

¶ Ad Euticum maiorem

Pertulit ad nostras memorabilis Eutice sedes  
Filius ingenij carmina plurima tui  
Illa quidem legi tanq̃ mihi dextra Clus  
Languida nectareum stillat in ora merum  
Non aliter sonuit: cum nautis liber Arion  
Murmur ad Ionias dulce ciebat aquas  
De numero vatum titulis donabere primis  
Credita iudicio sit tua fama meo

¶ Sodatea

Ars eget: aes regit: et populos fors lubrica versat  
Cedite virtutes: rex ibi nunc: ubi res  
Scit modo rem dare fraus: pietas mendicat ubiq;  
Prefertur si quid: hoc scelus: et dolus est

¶ Diue Racherne virginis

Regia que Costo celebraris nympha paren te

Iside Niliaci : sanctior umbra : phari

Quam nunq̄ tristes potuerunt Cesaris ire

Frangere : nec vafri guttura blanda viri

Sepe deos dixit cole : munera digna refundam

Nulla tamen vanis : sunt data thura : deis

Sepe ferus sceptro vultusq; horrore tonabat

Non profecturis sed strepit ille minis

Hanc te sidereis gaudentem virgo triumphis

Quos nullōs languor : nullaq; tristat hyemis

Imploro : misere tu cursus dirige vite

Ut pateat summi : limen in astra : poli

¶ Deum omni musica laudandum esse

Tibia : psalterium : cythare : chorus : organa : plectrū

Serviat immenso : musica tota : deo

¶ Aliud

Jubila cuncta denm : litui : lyra : tympana : laudens

Instrepat et longis : fistula parua : tubis

¶ Aliud

**S**i Christum nescis : et vincis Ariona cantu

Debetur musis : gloria nulla : tuis

¶ Aliud

**Q**uod moriturus olor canit : et blandissima Syren

Integrat : ethereo : gestiat omne : deo

¶ Benedictio Mense

**Q**ue nunc sumemus : membris alimenta caducis

Hec deus imperio : sint benedicta : tuo

¶ Graciarum actio

**E**sumus utilibus dapibus : potuq; resecti

Laus tibi pro donis : sit deus alme : tuis

¶ Alexandri Hegij doctissimi viri es  
precepto us sui Epitaphium

**F**unctus Alexander tumulo iacet Hegius isto

Tu caue : ne plantis : lesa sit umbra : tuis

**H**oc duce Westiphalos intravit Grecia muros

Et monasteriacas pegasus anxit aquas

¶ De eiusdem obitu ad Bartholomei  
coloniensem poetam et astronomum

**T**e iubet incomptis pedibus saluare Thalia

Castalis : Hermannii Bartholomee tui

**S**ed quod tam modicis emittit carmina verbis

Nec petulans solitis expatiatur equis  
Hoc facit amissi: lachrymabile funus: amici  
Quo robur studijs: aruit omne: meis  
Hecmecum illati: communia vulnera: damni:  
Musa dolet: reliquo fata gemente choro  
Si tamen inimites plus hunc vetuere sorores.  
Vivere: et hic penso metha reperta fuit.  
Ossa colat tellus: conuiuia sit ipse deorum  
Hoc q̄ mens oret nil mea maius habet  
¶ Ad poetam quendam nomine Josephum:  
Si facis auspicijs victura poemata faustis  
Calliope nervis: si fauet vlla: tuis  
Quid petis in populo getitas imitante cateruas!  
Hic sis Naso licet commoda nulla feres:  
Non est hospitium: castis hic vtile musis.  
Perdere vis sanctas exitiose deas.  
O miser esuries si te hic comprehenderit estas.  
Effuge: nec tardis eripiare rotis.  
For: sitan et Cycones habitant hoc littoie matres.  
Odrysie timeas: fata cruenta: lyre.



¶ In Eundem

Eridano quantum Rubiconis gloria cedit

Et quantum Rheno : Neccarus ipse : suo

Aut quanto minor est : animoso Dama leone

Tu tantum nervis cedis amice meis

¶ Cesaris et Jouis comparatio.

Cesaris est tellus : sed sub Jove sidera fulgent

Ille animos hominum temperat : iste deus

¶ De Musarum Sterilitate

Cogor ab aonijs (pudet heu) discedere musis

Que vada naufragij pene fuere mei

Hactenus imbibiti deceptus amore veneni

Nil rebar summos maius habere deos

Quod possent hominum mortalibus addere votis

Si quem de populo phebe vocatus ames

Has : licet obstantes animo : dimouimus umbras

Et ratio nunc est : quod prius error erat

Tunc video quid sit siluas habitare Thalias

Ut mihi dent miseros : vilia comta : cibos

Cecus et impastus sua carmina cantat Homerus

Attamen est sacri: maximus ille: Chori  
Non ascendit equos ascrei vena poete  
Sola sed agrestes accubat inter oues  
Diuitias leges et iura merentur honorem  
Perpetuas sordes vana poesis habet

¶ Apologia

Hec ego dum mecum repeto: meditandaq; surde  
Offero verba lyre: vix carmina pauca peregi  
Ecce venit sacris de fontibus vna sororum  
In vultu color est aurore: lactea frontis  
Forma: micant digiti: crines traxere decorem  
Sideris: atq; oculis maestas leta verendis  
Affuit: ut scires Jouis hanc de semine natam  
Quam primum tetigit studij prodentia nostrae  
Scrinia: conuersas alia ad molimina curas  
Verbaq; discussit tanto spectata libello  
Heccine diuinis debetur gratia donis!  
Inquit: et irarum paulatim colligit ignes  
Tandem mota refert: iustoq; agit acta dolore  
O fatis ingratis: qui munus et: artes

A superis missas : et ab orbibus etheris alti  
Toxica seu vocas : presensq; in fata venenum  
Tu lethale miser dices ! tu vile ! latentes  
Arcanasq; vices rerum didicisse putabis !  
Aurea quo celeri rapiantur sydera motu  
Quid caligantem modo cogat hebescere lunam  
Defectusq; pati : iusto sine lumine : solem  
Reddere quid faciat clamosa tonitrua nubes  
Vnde vel etherea fulmen iaculetur ab aula  
Que secreta faces noctu : que causa Cometas  
Proferat : et timidus que ceca potentia terras  
Verberet : et que sint auri : que semina ferri  
Quid calor efficiat : quid terra : quid humidus aer  
Quid liquor ad partus : generandaq; corpora prestet  
Polij fratres cur tempestate sonora  
Iunonis per regna fremant : equoq; procellis  
Sollicitent : Imbres excut cur nubilus auster  
Cur fugat humentes boree violentia nubes  
Quis regat hunc orbem : vestre que mentis origo  
An possit quandoq; mori : quantum utile recte

S i

Discrepet : ignavis quid enim vehat anius error  
Strenua quo virtus tendat : quo blanda voluptas  
Gaudia sollicito post exactura dolore  
Quid peccent homines misera ambitione ligati  
Quid patrie sibi poscat amor : quid sanguinis ordo  
Que partes iuveni : vel que melioribus annis  
Conueniant : que sint placide subeunda senectæ  
Munera deuinctis quantum permittat utrimque  
Sedus amicitie : liceat num turpe sodalis  
Nomine moliri quicquam : ferus ardor habendi  
Quo trahat incautum : distet quid parcus auaro  
An liceat regum pompas et sceptrâ potentum  
Sublare privato modica præcurrere mensa  
Quam dubitanda fides : quam lubrica culmina regni  
Quamque graues nimio veniant sub pondere lapsus  
Inuidie quid seua lues : quid et impetus ire  
Despecta ratione fremat : Chorus omnia noster  
Hec monet : et scelerum penas : et premia vite  
Post mortem speranda pie : facundia felix  
Explicat : et que sit recte via proxima laudis

Unde petant homines mansuram in secula famam  
An tibi non magnum hoc! erit iuuenescere longo!  
Vincere perpetuo fugientia secula motu  
Et tenebras nescire rudes: lethaeque stagna  
Quicquid et in generat, clavis obliuia factis  
Sed scio quid palles: scio quid mea vota moietur  
Non annis rutilum voluit Cephisus aurum  
Nec promittit opes: valuisque micantibus edes  
Tu ne putas solum hunc: o demens: esse beatum!  
Si quis habet tinctas bis olenti murice vestes  
Si vetus argentum: chrysendeta: Cecuba: villas  
Ebur: et instenctos latis specularibus hortos  
Hec tibi si quisquam daret: omnia nomina fame  
Virtutisque decus: sophieque insignia diue  
Despiceres! auido quia non sunt apta lucello!  
Scilicet ista placet ratio: tu despue quicquid  
Vtile diuitijs non est vt cumque parandis  
Propterea leges incisaeque inra metallo  
Disce vigil: placido nec comprime lumina somno  
Vt sit primus amor nummi: sit et vltimus equi.

Te fas atq; nefas promiscua iudice sumo  
Candida denigres : atrataq; protinus albes  
Et lex que norma est : prescriptaq; linea iusto  
Aucupium vicij's fiat : famuletur auaris  
Dixit : et auertens rosea cernice resulsit  
Et subito liquidas euanida fugit in auras

¶ In Sophistas

Delassare tubas : veteres : atq; era : solebant  
Carminibus : luna deficiente : sacris  
Ne noceat Trivie magici veratio rhombi  
Nunc prohibet logice : rixa canina : scole

¶ In eosdem

Sauromates arcu celeres torquente sagittas  
Spargit ab infreno missile Maurus equo  
At macedum pubes validas animosa Sarissas  
Alpini crispant : gallica gesa : Duces  
Romanus pilo : sed acuta theutonius hasta  
Dissipat eratos : Marte fauente : globos  
Rusticus inculte logicus sartagine lingue  
Pugnat : et ingenij garrulitate sui

¶ Ad andream Canterem

Cum nuper stūgij's quidam mea scripta venens

Et rabido libros carperet ore meos

Viribus Andrea: tunc protexisse sodalem

Diceris et clypeo detonuisse tuo

Hostilesq; manus armis fregisse disertis

Claraq; amicitie: signa dedisse: mee

Rem mihi fecisti memori sub corde locandam

Neq; frequens meriti tanget imago tui

Hic sinceros honos: fauor hic manifestus: amorq;

Hanc non speranti sic patuisse fidem

Incluta cum fidei referent exempla minores

Hoc quoq; tunc illos scire iuuabit opus

¶ De signis Celestibus et quatuor t'pibus anni.

Inchoat ethereum phryxus portitor annum

Sydoniusq; leuat post hunc sua cornua Taurus

Verq; fugit tactis phaetontis luce Gemellis

Exin littozei succedunt brachia Cancri

Terribilisq; feri vultus speciesq; leonis

Virginis hinc iuste cum sidere vertitur estas

¶ iij

Quam mox equate subeunt examina libe  
Scorpius hanc sequitur cauda metuendus adunca  
Autumnusq; suo Chyron metitur in arcu  
Egocerosq; rigens hyemis noua frigora spargit  
Aspicit Hydrichous puer hunc Iouis alite raptus  
Ultimus emensi Pisces sunt terminus anni

¶ De Equinoctijs

Cum sol ad Libram: phryxæq; vellea transit  
Equantur methis: umbra diesq; suis

¶ De Tropiciis

Precipitat noctem Cancer: minimamq; reducit  
Extreme fusam sed Capricornus agit

¶ De domibus planetarum

Luna sibi hospicium Cancri prescribit aquosi  
Virgineum limen / penniger Arcas habet  
Tardipedis coniunx Trutinam Cytherea tuetur  
Sol quoq; nemei vendicat ora feri  
Scorpius audacem vocat inter prelia Martem  
Lucida Centauri Jupiter astra subit  
Falciferumq; capit Saturnum corniger hircus



Sic quo se signo quisq; recepit habes

¶ Dño Johāni Poek vtriusq; iuris Doctori celeberrio.

Quid tibi retribuam: poek: prestantissime: magnis

In me pro meritis: non ego cerno: tuis

Vnde mihi vt tantus tu: et tantum iuris Asilum

Tuq; vt germani: gloria tanta: soli

Sis adeo nostrum tutatus nuper honorem

Inter conspicuos: fama: opibusq; viros

De me rancidulo cum quiddam diceret ore

Volsfgangus: nigro pectora felle madens

Judicioq; tumens stolido: perstringeret artes

Ingenijq; rudis: carperet acta: me

Hij mores hominis sunt huius: parcere nulli

Novit atrox: stimulis quemq; sed ater agit

Cum sit inops adeo tamen hic doctorculus horis

Vt tria vix referat: verba latina: tribus

Sed valeat meritis velut est: tibi soluere grates

Quo possim pacto: nescio quo ve modo

Non mihi sunt gemme: non purpura tincta crudis

Muricis: aut fului: flava metalla: tagi

Hec tibi si (cupiam) dare Po cē ornate: facultas  
Non sinit hoc fati: stricta breuisq: mei  
Carminē si gaudes: tentabimus edere Carmen  
Imponam timide: pondera tanta: lyre  
Hoc quoq: tam iusto male si respondet honori  
Cetera sunt votis: omnia clausa: meis

¶ Ad honorabilem virum Bartolomeum  
Abbatem Consulem Lipsensem

Ecce tuum nostris (si qua est ea gloria) Musis  
Mando canens nomen: sitq: perhenne peto  
Hoc vita: hoc virtus: Abbas tua: iure meretur  
Candidius vidi qua magis ipse nihil  
Es prudens: doctus: grauis: es facundus: honestus  
Et rectis studijs Ingenijsq: faues  
Te vix est probior: vix est humanior: alter  
Te liuor: fastus: asperitasq: fugit  
Nec tibi dumtaxat: sed amicis atq: propinquis  
Ante alia: et patrie: viuis adesq: tue  
Consilioq: iuuas: quantum potes ipse salubri  
Hac vllus cessat nec tibi parte labor

Ergo te patribus : non per suffragia ceca  
Prouida Lips iunxit : Consulibusq; suis  
Impressitq; ipsis felix tua nomina Sastis  
Teq; in eis scribi : sepe legiq; facit  
Quod mihi q̄ placeat : posthac dignissime plectris  
Carminibusq; frequens commemorabo meis  
Tu modo quod semper fecisti commodus antehac  
Pasiphilo faueas : vir celebrande : tuo  
**¶** Expertissimo medicine doctori Conrado Nisemano  
Ipete vicinos nobis mea musa penates  
Seruet vbi roseo : ianua picta : Croco  
Promitto iuenies ibi dignum Carmine sacro  
Et prisca letum simplicitate virum  
Non tumet occulte : nec ficto decipit ore  
Nec metui se vult : nec cupit ipse coli  
N quouis multo melius se credit amari  
Et magis (hand dubie) queritur arte fauor  
Quem puto credo tenes Conradum dico serena  
Qui spirat studijs fronte : fauetq; : meis  
Quamuis peonia contingat sidera fama

Sanctificasq; trahat : sub sua iura : deas  
Non tamen aonio : pelus se prebet amicum  
Nec minus assuevit deditus esse : choro  
Vade ergo : et blanda nobis hunc voce saluta  
Et me dic famulum : tempus in omne : suum  
Fac cupere : hinc illi me dicas : Carmina quedam

Que semel ipse mihi conspicienda dedit  
Sunt ea que : secum latys aduerit ab oris

Hoc scio : mox votis annuet ore meis

¶ Johanni Peylicæ Mamillino : alias Czeyz  
artiū doctori : et misnensis iuuetur Moderatori

Non me magna mouent : speciosaq; nomina : multum

Si res cum titulis : non crepat ipsa : suis

Possideat Cresi gazas : pactolon : et hermum

Est tamen : et semper pauper : auarus : erit

Ille mihi liber : rex ille : et diues habetur

Uti qui partis : audet amice : bonis

Ille mihi doctus : qui non vulgare docere

Novit discipulos : nec triuiale : suos

Hanc utramq; tibi laudem : non denegat vllus

Si modo non : fallax arbiter : esse velit

Largus es : inuitat si res : et tempora poscunt  
Teq; tuis facilem : munificumq; geris  
Nec minus : ut crescat sub te : erudienda : magistro  
Turba vides : tota et sedulus arte studes

¶ Ad Eundem

Est mammilla tibi patrum cognomen ab urbe  
Ut quidam cupido iam retulere mihi  
Ipse aliam facio causam : cognominis huius  
Et quam non iactet quilibet esse suam  
¶ te virgineo : natum vir matris ab alio  
Mox aluit pallas : ubere diua suo  
Nominis hec ratio soli tibi congruit : illa  
Dicta prius : tecum pluribus esse potest

¶ Johannis Honorij Cubitensis Epita.

Johannes iacet hic ( vir doctus ) Honorius : ille  
Primus erat : terre qui Cubitensis : honor  
Et qui Lipsensis non infima gloria vixit  
Gymnasij : cuius Rector et ipse fuit  
Hunc iuuenem Phebus : Pallas : Maiaq; creatus  
Luxere : ah parcas : numina dura : feras

¶ Johanni Röchel artium doctori  
Quas decet et quantas Röchel tibi debeo grates  
Letus ago : verbis his tibi docte meis  
Post referam : fuerit si quando occasio : q̄ sit  
Per te librorum : copia larga mihi  
Non secus ac proprijs semper me candidus uti  
Permittis libris : chare sinisq̄ : tuis  
Hinc nuper clari Musas Satyrasq̄ philelphi  
Quas dederas grata mente remitto tibi  
Buschius et quicquid valet arte : aut corpore toto  
Ne dubita arbitrij : Röchel id esse : tui

¶ In Baptista Mantuanū Poetā ⁊ Theologū  
Si Baptista tuo mellitas ore placentas  
Stillare : aut seculi dixero mella faui  
Si mulsum tenero mixtum sine fece palato  
Dulcia si lactis flumina siue meri  
His maiore tamen dulcedine carmina pangis  
Nectar et ambrosios fundis ab ore cibos

¶ In Eundem  
Non adeo zephyros : commendat nauta secundos

Nec tam leta Ceres : rustica corda : mouet  
Non adeo viua sibi plaudit imagine pictor  
Nec leuis egregio sic tumet hostis equo  
Nec tantum capitur venator : cede ferarum  
Nec vulgus lucro mercuriale suo  
Baptiste quantum cultissima carmina vatis  
Alliciunt animos : in sua verba : meos

¶ In Eundem

Side baptiste : nulla leuitate : libellis  
Quisquam iudicium querit habere mentis  
Quod petit accipiat : nil non hec carmina mulcent  
Seu cupiant siluas : siue mouere feras  
Est illis Genius promittens secula chartis  
Et sale cecropio pagina tota madet  
Balnea non redolent : vigilem nouere lucernam  
Et sunt apposito carmina digna cedro

¶ In Hircosum

Hircosus teneras cernens subolescere musas  
Regnaq; phebeam teutona velle lyram  
Arceaq; procul : pellicq; a sinibus orbis

Nomina barbarie prodigiosa sue  
Ingemuit grauitex : repleuit et ethera questu  
Ac singultatim talia verba dedit  
Hispidam barbaries : cuius puer vbera sux  
Et lac post octo nunc quoq; lustra bibo  
Quo vires nimie ! quo pristina gloria cessit !  
Heu venit imperij : lata ruina : tui  
Strangimur et phedo trepidantia terga sequenti  
Prebemus : nullo tuta futura loco  
Ni cito vitatis ( quas spreuimus ante ) camenis  
Squalidi ad immundam confugiamus harant  
Dixit : et ad stabulum trepida cum matre suillum  
Sugit : et obsceno condidit ora simo

¶ In Eundem

Secit ab humanis asininas Cynthius aures  
Iudicio phrygij : lesus Apollo : Nyde  
At nunc hyrcoso vehementi vulnera telo  
Influxit clarij seuius ira patris  
Non aures tantum : sed olentem vertit ab alto  
In pecudem : prauum corpus ad ima viri



Quod superest hostem Musarum : bellica pallas  
Deprimet igniuomas sub Phlegetontis aquas  
Atq; illic meritam : iusto sub vindice : penam  
Tunc luet : anguicome preda : cibuscq; : gule

¶ In Eundem

Hircus thirsigero quondam fuit hostia Baccho  
Vitibus arrosis creditus esse nocens  
Attractum pedibus : laqueosq; ad guttura iacto  
Sumanus poscit hunc sibi pluto Caprum

¶ In Eundem

Inter Cyniphios quidam teterrimus hircos  
Castalium nuper torisit odore gregem  
Pro tam sacrilegis : pro tamq; immanibus ausis  
Sit miser : et nulla restituendus ope  
Proiectumq; lupi post fata nouissima raptent  
Escaq; sit coruis : alitibusq; feris :

¶ Arnoldi Boscij Carmelite Epita :

Hac iacet Arnoldus sub parua Boscius vna  
Carmelitane : candida fama : toge  
Cui se per numeros virtus infuderat omnes

Gij

Et comes Inuicte : casta Minerva : dee  
Vtraq; nunc igitur : virtus : innuptaq; Pallas  
Immemores Bosci vos vetat esse sui

¶ In Boscium

Quod me derides verbisq; dicaciter viges  
Quodq; parum grato : stringis ubiq; : Joco  
Hos tibi dat fastus : animosq; pecunia crescens  
Cum mendicabas tunc puto mitis eras

¶ In Eundem

Siludum nescis fortune pauca monentem  
Accipe : non fidam disce timere deam  
Erigit indignos humilesq; attollit in altum  
Scilicet vt cece turbet ab orbe rote  
Scimus ab ignotis multos ad summa levatos  
Et styga precipiti : mox subijisse gradus  
Tu quoq; dum nigris salibus me aspergere gaudes  
Quid serus metuas : vesper amice vehae

¶ In quendam cui nomen lepus

Cum sis iniustus : durus : truculentus : et audax  
Nomen habes ergo dic precor vnde lepus!

Si vis apta : tuis prebere vocabula factis  
Sors ut Amazonio finxit acerba viro  
Inter se facito primam lepus et luo mutens  
Et cape senicia : nomina digna : tua

¶ Trachila pictus

En ego sanguineo clarus sum Trachila bello  
De quo iudicium non facit omnis idem  
Me vocat hic iustum : seuum vocat ille tyrannum  
Ridebo cunctis si potes esse bonus

¶ Idem

Bello quanta fuit proles animosa Neoclis  
Pausanias quantus non minor ipse fui  
Sed quod erat virtus : multi pro crimine damnans  
Et sceleris nomen dextera fortis habet

¶ De Eodem

Quid tibi cum scythicis est Trachila dure pharetris !  
Oscula cum mage sint tuta : quid arma geris !  
Tu licet occisis thurcarum victor aceruis  
Ingenti statuas : multa trophea : manu  
Non tamen hoc dignum preclaro nomine ducere

G iij

Qui nunc elati bellica tela regunt  
Si sapis apposito Graduum negligere Baccho  
Semineis etas lusibus ista vacat  
Nunc laus desidia est : grauis est infamia virtus  
Nunc Paridis curas : non Diomedis : amant

¶ Aliud

Hanc putat effigiem si quis fortasse tyranni  
Horrida q̄ tristi nubila fronte tegit  
Non ita : sed getici Cretus de sanguine Martis  
Ipsam si videas Trachila talis erat

¶ De suis temporibus

Quis virtus nostris querimur sit rara sub evo  
Et fora q̄ domitis legibus arma tenent  
Ardua res non est : huius deprendere causam  
Regnat ubiq̄ Cotys : fugit ab orbe Themis

¶ In Sicambriam

Hec deus laus est : quam dat non sordidus auctor  
Sic Hector Priami est clarus honore senis  
Me quoq̄ iam vatem credo censore Sicambro  
Qui tribuit nugis : nomina tanta : meis

¶ De Cicerone.

Tullius eloquij : non enarrabilis auctor

Gloria clamosi : splendor : honosq; : fori

Cuius ab ingenio quesuit Roma salutem

Juratas timuit : cum male tuta : manus

Occidit Anthoni sceleratis obiutus armis

Prebita tot patrie : post monumenta : suo

Inuncet meritis mortalia pectora vincit

Constet ut officijs exitus iste tuis

¶ In Petri Drosij Satyrarū opus

Que latuere diu : redeunt iam secula vatū

Et multis cytharam donat Apollo suam

Quiq; diu laticem fontes clausere salubrens

Mirifice laxant Conditionis aquas

He simul ac pote fuerint : hunc ardua regū

Selici faciunt scribere bella pede

Inflatos illum tragica virtute cothurnos

Sumere : vel soccis Comica verba sequi

Vel tenerum blando carmen deducere penso

Aut spacia eolijs attenuare modis

Aut satyre lima pallentes radere mores  
Et vicium nigri spargere felle iocis  
His assuetus aquis phebo quoque iudice Petrus  
In satyra Musis omnia digna canit  
¶ Ad Anthonium Liberum  
Accipe quam tenuis debet tibi Musa salutem  
Liber Apollineo nobilitate choro  
Ingenium cuius secreto lumine phebus  
Implet : et aonie nectare pascit aque  
Cui duplices hederas : cui dat sua nomina Liber  
Nomina terrenis plus diuturna bonis  
Quod scelus hoc fati fecit : non notus ut esses  
Tu mihi ! quem curis iungit Apollo meis  
Presertim cum te mihi gens qua natus uterque est  
Nectit : et est unum patria pene solum  
Me tamen aspexit vultu fortuna benigno  
Noticiam gnati : cum dedit illa : tui  
In quo te vidi : mihi non incognitus esse  
Jam potes : hic vno rettulit ore duos  
Carmina docta facit : nec habet sine numine pectus

Nec sine castallo : proluit ora : vado  
Vixit in hoc animi dicebam vena paterni  
Ut vis laxato fontis in anne manet  
Ut manet in ceris facies rubicundula florum  
De quibus has legit sedula nuper Apis  
Non erat hic alio dignus ( mihi crede ) parente  
Et tu non alio pignore dignus eras  
Vincite longeuos Cumei pulueris annos  
Astraq; meonia tangat vterq; lyra

¶ In quendam effeminatum  
Fallitur hunc si quis iuuenem putat esse Nigello  
Mollia femineis qui tegit ora comis  
Mollicies hec est : non est hec vera iuuentus  
Nam solet erasas pingere mane genas  
Tonsorem prohibe paucis sperare diebus  
Qui nunc Atya erat tunc Polyphemus erit

¶ Anacarsis phi dictum de vino  
Caucasei : prudens Anacarsis : gloria celsi  
Quem iungit sacris littera prisca viris  
Tres nasci docuit grauidis in vitibus vuas

( Hoc lectori memdi corde : vel ore tene )

Prima iuuat vires : risusq; secunda modestos

Tertia sed potis vna furoris erit

¶ De se ipso et suis opusculis

Marmora Achillei titulum seruantia busti

Emathij vidit stirps animosa ducis

Cesar in euersa miratus pergama Troia

Obtulit hectoris : thura merumq; : focis

Vix puto tam cupida lustrassent mente superbas

Cum phrygibus stantes Laomedontis opes

Qm cinerem exiguum : rarasq; hinc inde ruinas

Arnaq; squalenti depopulata situ

Tantum cana mouet prisca reuerentia seclis

Precurritq; nouam : lumine fama vetus

Sic est Meonides iam post sua funera maior

Atq; Menandree : verba salesq; : toge

Roma suum dixit Ciceronem Allobroga viuum

Pharrasia sed nunc victor in arce sedet

Perfida grandiloquum secuit censura Maronem

Primum Apolineam : nunc regit ille : lyram



Est honor antiquis : et laus numeratur ab annis

Nomen et auctori tempus et ora facit

Et me fortassis crescet mea Musa sepulto

Et post exequias viuet in orbe meas

**C** In quenda Leguleium : fame cupidus  
et tamen poetas fastidientem.

**Q** ; mihi tam raro loqueris : ridesq; benigne

Sepius obducta : q; mihi fronte venis

Nescio que causa est : ego nam te quando saluto

Hoc scio : sto nudis : te venerorq; : comis

Diuitias quia non habeo : neq; nomina clara

An ideo flocci sum faciendus ego !

Quid sunt diuitie ! quas et periurus habere

Proditor : infamis : sacrilegusq; potest

Quas habuit Tirusq; pater : Prognescq; maritus

Et quas Tytanes : aguipedumq; cohors

Quid ve honor : aut artis fulgens titulusq; : gradusq;

Si mecum in nigro : hec sunt peritura : rogo

Si non post mortem : fame monumenta : relinquam

Et longa dignum : posteritate : decus

Hec alacri dudum studio tibi dona parabam  
Sed tu fastidis ( ut video ) ista miser  
Ergo ego si sapio patiar neglecta vicissim  
Nomina : sub stygia nocte : iacere tua  
Si tamen : ut dicis : celebrari carmine speras  
Hec mea tunc cordi : sit tibi musa magis  
Nec vanos tantum fucos mireris honorum  
Nec tantum sitias pectore tristis opes  
His qui postponunt : eternam carmina laudem  
Que pariunt : tenebras plus puto luce probant  
Hi gemmis sordes malunt : stabiliq; caducum  
Et plus q̄ vitam flebile funus amant  
Non igitur tibi sim posthac indignus honore  
Nec moneo vilis sit tibi noster amor  
Q; dare non Abbas poterit : non rabula Baldus  
Et quod non locuples : non dare pretor; habet  
Hoc dare nostra potest : longum tibi munus in eunis  
Cura : decus fame : pulset ut astra : tue

¶ In Amianum

Pulcher es et longi velant tua colla capilli

Dicer hoc Priami filia more potes  
Mollis es : et tepido frueris post balnea lecto  
Qualis in ambiguis Salmacis errat aquis  
Tam querulum cantas : tam blanda voce susurras  
Quam flet Sithonias post Philomela dapes  
Metiris gressus faustuq; et mole moueris  
Se vix Antigones qualiter umbra mouet  
Has Amiane quidem vicij's imitaris apertis  
Si modo latraves inguine Scylla fores

¶ In pulchellum

Cum te pulchellum : cum dicimus esse comatum  
Turbidus insidias seuq; bella paras  
Dic rogo que tantam rabies tibi concitat iram  
Te puto vis caluum Turpiliumq; vocem

¶ In eundem

Omnia promittis te scire : sed omnia nescis  
Nascitur hinc stomacho : nausea multa : meo  
Jactasti nuper q̄ doctus greculus esses  
Erras : es pluvie Graculus auro aq̄ue

h i

¶ Ad Petrum Guntherum ne  
plautum C. profiteatur.

Hic ubi nec Muse : nec carmina dia coluntur

Hic ubi nec Phebi laurea fronde viret

Hic ubi nec Pallas : nec culti Syrma Lyes

Nec Cyllenee stamina docta lyre

Hic ubi pegasei non proficit vnda fluentis

Hic ubi Permessi : nobilis aret aqua

Hic ubi tot vatis sunt : quot creat Aphyica Ceruus

Gallia quot Barros : terra Britanna lupos

Hic tu Plautinas heu dura sorte Camenas

Cogis in inuisis : era merere : locis

Crede mihi frustra narratur fabula surdo

Hoc tibi ne pereat : desine littus aras

¶ In Inuidum

Inuide si nostris allatras sepe libellis

Tunc illos summis credo placere viris

Inuide si cessas : si non incenderis egre

Nullus ero : de me inuide queso dole

¶ Hermanni Smyſinck patris  
sui Epitaphium.

Hermannus Snyfincē : que cernis candido lector  
Saxa tegunt gelido : mortua membra : sinu  
Si genus attendas erat ordine clarus equestri  
Sed virtus maior nobilitate fuit  
Dives erat : tantis opibus tamen absuit omnis  
Invidia : hec quamuis carpere leta solet  
Auxilium miseris et opem poscentibus vltro  
Ipse tulit : recti tantus amator erat  
Nec precibus cessit : blando nec munere victus  
Nec metus excussit : iusq; piūq; sequi  
Nullus auaricie studium nec fraudis in illo  
Vidit : erant illi cuncta minora fide  
Pauca loquebatur : sed non repetenda professo  
Parcus erat somni : parcus et ille cibi  
Hos habuit mores : quibus aurea floruit etas  
Libera que vicij criminibusq; fuit  
Publica vox illi laudes et prospera dixit  
Detrahit merito : lingua nec vlla : viro  
Damnabant tm̄ : caput hoc senuisse sub annis  
Ista querela grauis : iustaq; visa fuit

22

Ergo illi requiem lucemq; precare perhennem  
Et tumulum sacra proluemitis aqua  
¶ Egidio Dolffe Theologo Pariensi.  
Que mihi nequaquam postrema : nec vltima laus est  
Operasti mecum vir memorande loqui  
Meq; salutasti blando sermone vocatum  
Ad latus ire meum nec tibi vile fuit  
Quid rogo te mouit : te quidue accendit ad illud  
Insignis batavi raraq; fama soli  
Ut me nec titulis cuperes nec honore supinum  
Cernere : et auditis : reddere verba : meis  
Quod si me tantum credis nunc esse poetam  
Iudice te quantos Gallia ferre solet  
Deciperis multum : certe mea rustica musa est  
Et pars est scripti nulla diserta mei  
Non est ingenium mihi ad alta negotia natum  
Vix elegos humiles : vix Epigramma cano  
Tu tamen hesternae ( vox hec est publica ) nocte  
Laudasti verbis : carmina nostra : tuis  
Quod si non fallis sed nec tibi fallere mos est

**Qui latul : iam me non nihil esse puto**

**Et nunc (quam vulgi voces terrere solebant)**

**A Criticis tangi : non mea charta : fugis**

**¶ De Rodolpho Agricola**

**Que dedit Agricole cognomen causa Rodolpho ?**

**An secuit duro pingue bidente solum ?**

**Non ideo q̄ sit terram molitus aratro**

**Rusticus : et iuncto verterit arua boue**

*Prā ultra duo versus*

**Dixeris agricolam : sed q̄ Tritonia Pallas**

**Hunc agri curam iussit habere sui**

**Strenuus hic multa vixit cum laude colonus**

**Frugifere nunq̄ vulnera fecit Opi**

**¶ In osculum Jacobi Canteris poete laureati.**

**Canter Apollineos non ultimus inter olores**

**Quem leuat aonio : fama sub astra : sono**

**Incinuit modulo facili : versuq̄ rotundo**

**Osculum Acidalie blandius ore Rose**

**Hoc quicumq̄ studes doctis placuisse Camenis**

**Lectori habe : Musis oscula sepe dabis**

**¶ Aliud**

Si tua sollicitus rodit precordia meros

Curasq; si sensus : afficit egra : tuos.

Hec perlecta tibi : totam de pectore nubem

Absterget lepidis : fabula plena : iocis

**C.** Melchiori Spectacyphio Musico

Vatibus a claris Thamyras celebratur : et Diphæus

**Q;** sacer et summus cantor : uterq; fuit

Fecit et eternum : res hec te Amphiyona nobis

Samaq; Arionie : nec perit vlla lyre

Insignem cythara : cecinit. Maro fortis : Joppam

Demodoci Musas : grandis homere : sonas.

Sic etiam plures alij meruere venire

Non abiectorum : docta sub ora : virum

Muneraq; et titulos vari sapientis habere

Talis erat numeris gloria : talis honos.

Hec te clara viris adiunget musica tantis.

Melchior : et fame non leuioris eris.

Namq; opus hoc a te genitum : non deside cura

Quod mox in lucem : propatulumq; dabis.

Exuperat cunctos : Cātandi lege : libellos.



Antequid et hac Samius scripsit in arte senex  
Huic operi vnus non insunt dicta magistri  
Sed tumet hec varijs : pagina facta : modis  
Quam si quis notam : crebro sibi fecerit vsus  
Sirenum blando : vicerit ora : sono

**C** Suthueldo Sundensi

Ingratus fateor quouis sub iudice dici  
Et possum magni criminis esse reus  
Si tua de nostris tollatur fama libellis  
Non licet hoc musis dissimulare meis  
Hactenus in claram ( tu scis ) tot carmina lucem  
Missimus a doctis : inspicienda : viris  
In quibus hoc dedimus charis leue munus amico  
Dum cupiunt nostro carmine posse legi  
Quod tibi si durus : si difficilisq; negaro  
Ne silices credas et genuisse feras  
Dicere namq; soles : verbis : Suthuelde ligandis  
Ne plenum ethereo : pectus habere : deo  
Sic placeo : sic me miraris vbiq; : sed vident  
Hos humeros laudis : pondera tanta : tue

Scripsimus ad matrem clari motoris olimpi  
Carmina sidereæ : rite dicanda : deæ  
Que vocat elogio gens ista Rosaria fixo  
Sertum virgineis exhibitura comis  
Hec modo cum venient manifesta palamq; legenda  
Pro timidis pugnar' versibus esse velis

¶ Epita . Theodori Witenhorst

Conditur hoc tumulo Witenhorst : cui gloria ferri  
Bellica cui nomen fama necemq; dedit  
Phrysia cum nuper inultis agmina fati  
Vigeret rapidis terror : onusq; viris  
Audi quid voluit sibi fors infida licere  
Insidijs capitur : qui tulit arma : soli  
Hic dum persequitur visos improvida virtus  
Hostes : et temere per loca ceca ruit  
Obruit atra palus : quem non tenuere cohortes  
Plus nocuit tellus : q̄ graue Martis opus

¶ Margarete Anglice Epitaphium

Huc aduerte pedes : et que sim disce viator  
Et lege funestas : ore fauente : notas

Margarita vocor : Patriam dedit Anglia nobis

Insula que : reliquo : distat ab orbe : fredo

Agrippina virum mihi conciliauit : utrisq;

Debeo : iudicijs utraq; chara meis

Illa rudes primum vagitus audiit : ista

Tunc fouet hospitis : frigida membra : suo

¶ Matheo De marou Primiſlaviensi  
ſacre Theologie Doctore.

Ut quis honoretur : supera dum veſcitur aura

Subq; ſuo : ut videat : vulgus inane : pede

Linquat et ut claram : poſt ultima funera : ſam am

Et dignam libris : Carminibusq; coli

Hec duo : ſane illi : non aſpernanda videntur

Quem ſuxit : limo de meliore : deus

Ipe tibi primum preſtas : placidiſſime Doctore

Mathee : aſurgat ut tibi multus honoz

Ille ſed ut longum duret : nullisq; fatiſcat

Temporibus : viuax hoc dare Muſa poteſt

Sed dum terra ſeras gignit : vehit vnda carinas

Hec faciet fatis : te ſuperreſſe : tuis

¶ Petro Jsenberch Hallensi Ar:  
tium Doctori et Theologo.

Pulchrius est doctis celebrari ciuibus urbem  
Et magnis aptos : rebus habere : viros  
Ardua q̄ celo : turritaq; tecta domorum  
Iungere : et auratos edificare lares  
Namq; hec aut tempus premit : aut incendia solunt  
Bellicus aut seua destruit arte furor  
Moribus exculi Ciues : rerumq; sagaces  
Perpetua hū patrie : sunt monumenta : sue  
Cognita sic vno : sunt Tuscula rura : Cathone  
Plus q̄ diuicijs : Lydia tota : suis  
Hallis sic etiam : docte : olim lumen habebit  
Clarius : a fame lumine : Petre : tue

¶ Inducenda vxore magis pudē  
citiam q̄ formam expetendam esse  
Formosam vt ducas adeo cur stulte laboras !  
Cur potius faciem : q̄ meliora probas !  
Vt non gemma placet : solo confisa colore  
Dote sed occulta fit preciosa magis  
Sic non sola viris commendat forma puellans

Corpore sit Enidie : par licet ipsa : deo  
Est igitur mouum ratio : et delectus habendus  
Ne vaga : ne petulans : neue proterua : sies  
Aut quod adhuc peius : ne non contenta sit vno  
Sed quacunq; nouo nubere nocte velit  
Hec informosa si sunt metuenda maritis  
Malo ineat thalamos : Afra pudica : meos

¶ Theodore honesto matrone Epita.  
Post sobolem nonam : post sacri federa lecti  
Hac habitat clausa : iam Theodora : domo  
Hoc est : hic habitat corpus : terrenaq; membra  
Nam leuis ad superos : se tulit umbra : choros

¶ Martino Lansberck Ciuī Lipsensi et  
Librorum excusori Elegantissimo  
Ut de te in nostris scribam Martine libellis  
Est aliqua ( vt video ) parte cupido tibi  
Si vis pro nostro tua Munere dona paciscar  
Quae si das : fame tunc dabo vela tue  
Tunc ego te dicam Sosiorum vincere nomen  
Cedet et ipse tibi Bibliopola Trifon

Ad dam etiam quiddam : Queris me quale sit illud !  
Sed taceo : at paulum est : nec retulisse nocens  
Olim q̄ rarus tota tibi Cunnus in v̄ibe  
Quodq̄ ignota fuit : femina rara : tibi  
Obnubis frontem ! laus est hec magna : quiesces  
Te modo sic vitam : composuisse : tuam  
Ut qui tunc ardens multarum es dictus amatoꝝ  
Cum sanguis feruens : atq̄ iuuenta tulit  
Dicare vn̄ius coniunx nunc optimus idem  
Et famam civis nunc mereare boni  
Sed longum facio : volui que pauca pacisci  
Accipe : sed doleam ne voluisse : vide  
Ter tris ad cenam : forma prestante : puellas  
( Musarum numerus perficit ille Chorum )  
Inuita mecum : et detur cum saucia vino  
Pectora erunt : plecto Calliopea meo  
¶ Voluptatem veneream nūq̄ carere penitētia.  
Est rosa flos veneris : spinis riget ille propinquis  
Purpura puncturis hec nequit absq̄ legi  
¶ Laus Veneris

Te quondam unanimis cuncti Venus ore poete  
Cantantes : ipsi preposuere Jovi  
Teque voluptatem : diuinumque hominumque vocabant  
Ponebantque tuis : plurima thura : focis  
Te modo dicebant moderati Numine cuncta  
Te modo formosam commemnerere deam  
Te blandam : sitientem : letantem : nec segnius aliam  
Confessi : imperium : non tacuere : tuum  
Sed tibi certatim preconia grata ferebant  
Absque tuo et rarum : nomine : crevit Opus  
His intende tuas etiam nunc laudibus auris  
Et nos quod canimus consule diua boni  
Namque aliquid quoque nos : extare in carmine nostro  
De meritis cupimus : o Jove nata : tuis  
Alma faue ceptis : eat hec in secula fama  
Proferat et fines nominis aucta tui  
Per te Dardanijacet ingens gloria sceptri  
Et nemus est Priami que fuit aula senis  
Memnona priuasti crudelis et Hectora luce  
Causaque tu Rhesi maxima mortis eras

Deiphobusq; feror animo : iuuenisq; Corebus  
Quid valeas dubijs non didicere notis  
Cesus et ipse tuis : cecidit Paris hostia : sacris  
Hec tulit arbitrijs : gaudia pacta : suis  
Penomai quis nam currus faciauit amantum  
Sanguine ! deceptis tu ne cruenta procis !  
Hippomanes de te : pernixq; Atalanta queruntur  
Myrrha tuum scelus est : Nyctimeneq; venus  
Limine phlistenius quod in ipso corruit heros  
Quodq; dedit penas : que necis auctor erat  
Quod sol extimuit : croceosq; recurrit ad ortus  
Territus a cena : crude Thyeste : tua  
Quod gladio pectus strinxit Babilonia Tybe  
Horaq; dilectos perdidit vna duos  
Mollia quod tereti librauit stamina fuso  
Quem non Cerberee fregerat ira gula  
Phedra q; Hyppolito male fauit creffa pudico  
Hec fraudes cyprie : quis negat esse : dee !  
Polis : et Macareus tua sunt monumenta Diono  
Byblis : et incesti Thereos vltia nephas



Et que gnosiaci narratur adultera tanti  
Queq; dedit : graio : vellera filua : viro  
Addimus Edipode facinus : rabiemq; nefandam  
Cui genitrix illud quod solet vxor erat  
Prodere fatali spoliatum crine parentem  
Comprobat vt lepidos : hec Cytherea : iocos  
Phillida quid referam ! misere quid vulnus Elisse !  
Quid quam Leucadij : condidit vnda : freti  
Omnibus erroris : dureq; grauissima mortis  
Lex et causa fuit : quam colit altus Erijs  
Non foret a scutis fede Tarpeia sabinis  
Obvta : Romano nec fuga parva duct  
Matris Acidalie ni blanda : nocensq; voluptas  
Torisset rapidas : egra per ossa : faces  
Hec fera : tot cedes : incendia : stupra : patraule  
Insidias : gemitus : tela : venena : cruces  
Implevitq; fretum : sparsasq; per equora terras  
Aurozameq; suis : hesperiamq; : probris  
Plura quis inueniet veterum monumenta legendo  
Hec est inmensi : parua ruina : mali

Hec tibi sint laudes : Venus hec tibi carmina munus

His libet a castris : signa mouere : tuis

¶ Tercij libri Epigrammatum Finis :

¶ Hermannus Buschij Pasiphili ad  
Philippum Beroldū Bononiensem.

¶ Epistola

Scribere sepe tibi cupio Berolde salutem

Musarumq; rudis sollicitare chelin

Sed mihi nec facilis aditus in carmina donas

Castaleo croceas qui lauit amne Tomas

Nec bene dictatis floret mihi pagina verbis

Cum resoluta pedum littera lege fluit

Audeo si quicq; : non sum feliciter audax

Differor : et rapidis : cum Phaetonte : rotis

Vel si quos imiter : numero complector ab omni

Destituit passus : hec quoq; turba : meos

Quis tibi vel similis : vel te fecundior alter !

Pectore quidue tuo doctius esse potest !

Sepius ingreditur quis te Tritonidos aulam !

Pescia quem phebī : sepius vnda rigas

Si tua precipites animos facundia tentas  
Permouet eloquio : quemlibet illa : suo  
Si libet hirsuta crines tibi cingere lauro  
Tangere si querulam : pollicis arte : lyram  
Abducis rigidas summis de montibus O:nos  
Et blanda trepidas voce moraris aquas  
Pretereo mores meliori carmine dignos  
Et dulci mixtos cum gravitate sales  
Hic si quo fueris visus mihi tempore queris  
Altius hec repetam lucidiusq; canam  
Olim Romanas iuuenis digressus ad arces  
Perdomiti clarum que caput orbis erant  
Pomponi Leti : primum : ceu fonte perennis  
Plurima de sacro sedulus ore bibi  
Post lustrum patrie capio: reuocantis amore  
Et propriam latia : vertor ab urbe : domum  
Excipit egressum magna Florentia Roma  
Quam tuscus vitreis : diuidit Arnus : aquis  
Angelus est illic cupido mihi lumine visus  
Et tu palladij : gloria Pice : chori

Inde per **E**miliam paruiq; ad cornua **B**heni  
Pergo : tegit madidas : cuius harundo : comas  
**S**tructa sedet latis ubi docta **B**ononia muris  
Hec te felici numine terra tulit  
Hic ego te cernens : quis prope languor adesse  
Ad vultus cepi fortior esse tuos  
**P**erit mentem tua tunc presentia nostram  
Ingratumq; vie collabefecit onus  
Tanti credo fuit phebō vidisse dicatum  
Mortali qui plus auxilietur ope  
Nec cuiq; debet res hec conficta videri  
Commoda si vatis ora fuere mihi  
Talia qui dubitat : sit quanta potentia vatum  
Nescit : et ignavi vulnera cordis habet  
Ardua viuacis virtus et lingua poeta  
Vincere parcarum pensa colosq; potest  
Pensa grauesq; colos : regnumq; inamabile ditis  
Exorant docte : carmina blanda : lyre  
Et que mortali sunt conditione creata  
Perpetuant : audivis eripiuntq; rogis

Sic viget antiquo Nestor celebratus Homero

Quiq; prygem iunctis Hectora traxit equis

Sic noti sp Stelenus : Tessandrus : Vlisses

Teucer : et Aiaces : alter et alter erunt

Sic quoq; nomen habet nostros et durat in annos

Auratum pecijt quo duce Typhis ouem

Abstulerit quamuis horrende colla Meduse

Cephei regis : Cassiopesq; gener

Et licet invictus : nigros superauerit Indos

Srenata currus Tygride Liber agens

Attamen amborum genus : atq; ignota lateret

Gloria : que late nunc celebrata viget

Carmina ni facerent : decus immortale virorum

Obscuraq; tegi : nec paterentur humo

Quis sciret Thebas : et mutua vulnera fratrum

Inq; Apices geminos dissilisse rogam

Utq; sit a muris Capaneus Jouis igne repulsus

Diuis et ut stygias viderit Augur aquas

Suffectum vati quis Thiodomanta : vel ipsum

Pugnantem nigris : hypomedonta : vadis

**Ty**dea magnanimi generum quis sciret **Adiasti**  
Agminibus totis sepe fuisse parent  
**Te** formose puer : quis **Parthenopee** : **Driantis**  
Sanguinea legeret procubuisse manu  
**In**uida texissent hec omnia fata : nec esset  
Cognita res euo forsitan ista meo  
**Sed** phebea fidis : tam seuis legibus obstat  
Que vixisse diu fortia facta vetant  
**Hec** facit vt tenebris careant post funera reges  
Et toto clarum nomen in orbe ferant  
**Hec** facit vt solidum marmor cum truiit : et era  
Tempus : adhuc fame non moriatur honore  
**Romulus** hac etiam fretus se vindicat vmbis  
Rex : et opima suo dedicat arma **Joui**  
Vtq; suis longo superesset tempore fatis  
Dilexit **Musas** **Egeriamq;** **Numa**  
**Cum** sit tanta viris permissa licentia **doctis**  
Laurigerum **Cirthe** qui tetigere iugum  
**Nemo** meas vires dubitet potuisse iuvari  
Aspecto vultu : luminibusq; tuis

Nec me pro mimo : nec adulator tenebis  
Nec fumum credas : nec dare verba tibi  
Nec probo : nec didici picte crepitacula lingue  
Seruiles animas ista cathena ligat  
Hoc etenim possum sine suspitione : notaq;  
Dicere : nil animo gratius esse meo  
Quodq; magis stimulos curarum euellat amaro  
In nostro quotiens pectore bella mouent  
Quam mihi si detur presentia cernere Vatis  
Dra : nec egregios conticitura sonos  
Vatis Apollinei quantum diuinitus acti  
Vox iuuat in vires : ingeniumq; mouet  
Mente potest forsitan complecti : carmine scribi  
( Ut fatear ) nostra vel breuitate nequit  
Iure igitur veneror sacros Heroalde poetas  
Inter quos celebrem te quoq; fama refert  
O magnum patrie decus : o memoranda parentum  
Nomina : qui tantum progenuere virum  
O tempus felix : signandaq; stella Philippe  
Uascenti lucem que tibi prima dedit

R 1

Tu quos dignaris victa potes addere morte  
Heroum leto : semideumq: choro  
Multorum laudes multorum obnoxia virtus  
Est tibi : conspicuo : non caritura : loco  
Per te posteritas per te promittitur enim  
Das quibus in studijs : nomen habere : tuis  
O mihi si posset tantum contingere munus  
Alba esset fari : linea tota : mei  
Hoc pluris facerem : q̄ rubri intacta profundi  
Germana : quāq: Nide : ditia regna : Vale .

¶ Hermannus Buschius pasiphi  
lus ad nobilem et studiosum iuuenem  
Nicolaū Hermesdorff auditore suū

Te Nicolae meis : si non ego versibus : orno  
Si possum mores non celebrare tuos  
Tunc mihi Castalides dure : tunc seuus Apollo  
Efficiat Cythare : verba Caduca : mee  
Presens me fugiat : venturaq: respuat etas  
Et raptus nulla posteritate fruatur  
Bara tibi virtus in primis contigit annis



Quantaq; vix paucos extulit ante viros  
Summus honor studijs : a te datur : ocia spernis  
Mollia : segnicem : deliciaq; fugis  
Ah pudet in pluma nunc enervata iuventus  
Et patinis vitam desidiosa trahit  
Maxima Cirratos cura est habuisse Capillos  
Et cliuos madida pingere frontis acu  
Perq; vibis plateas Cynere placuisse rapaci  
Et nutu vicij : signa dedisse : sui  
Armaq; damnofo passum mouisse ficitillo  
Largaq; Bacchanti vina tulisse manu  
Hec modo sunt artes iuuenum : sic dicitur etas  
Optima : dum lentis inuida ruga venit  
Hec exempla tibi longe fugienda putasti  
Nec placet arbitrio lectus et umbra tuo  
Ebius apposita non tu conuiuia mensa  
Instruis : immodico continuanda : mero  
Nec puer alatus te fixit arundine iacta  
Verberat astricto : nec venus vlla : ingo  
Non macies vultum : nec edunt suspiria mentem

R ij

Pallida nec languens : inficit ora : color  
Nec tu nocturno cum lumine compita Calcas  
Nec tibi cum gemitu : nox peragenda venit  
O male felices : quibus hec tormenta paravit  
Qui ferus ardenti lampade sevit amor  
Et quos tam leuibus cogit disperdere curis  
Tempora : que nullo sunt reditura die  
Hec Nicolae caues : non nullo munire : nec tu  
Hec sinis in letum serpere damna gregem  
Dedecus hoc abigis trepidus : paterisque nec inter  
Crescere purpureas : dira venena : rosas  
Nec tu sinceras lolium corrumpere Messes  
Aut sinis ut tribulis : emoriatur ager  
Sed modo pyeris sitientia fontibus arua  
Perluis : et tenero das alimenta solo  
Noxia decerpis : felicia gramina cautim  
Inseris : et lapsus : luxuriamque premis  
Tarda iuuas cultu : nimis expaciata coerces  
Et tibi pars vite munere nulla vacat  
Propterea quando felix tritura propinquat

Vinces frugiferi : pingua culta : Phari  
Trinacriofq; sinus : lybieq; vberima regna  
Et Cretum magnas exuperabis opes  
Abde q; hostilis rabies : non auferet vnq;  
Hec bona : nec fatum : sed tua semper erunt  
Marmora : pyramides : ferrum : sylicesq; vetustas  
Subruit : hec dempto Copia sine viget  
Fausstiter his igitur ceptis : tamq; indole clara  
Macte : ferēs studiū : premia digna : tui :  
Inter doctorum tot nomina nomen habebis  
Ad famam primas : iam tibi pando : fores  
Post modo plura canam : maioraq; laudibus istis  
Te modo cepisti : quo pede : semper eas

Sinis

R iij

¶ Rodolphus Langius Ca. Monasterien  
Hermanno Buschio Pasiphilo equestris or-  
dinis adolescenti suavissimo conterraneo suo

Castalios linquens saltus : Permessidis undas

Musa fugit : Turca proch superante fero

Nec valet italie sceptrum : Romeq; potentis

Imperium : hanc ingens iam retinere sinu

Pomponi postq; sacrato pectore regnans

Eloquij nectar : sudit in ora virum

Ausoniam ditans : quin pleno fonte : tumescens

Eternas superet : nostra sub ora : niues

Hanc tu pomponi Leti ( qui maximus orbe

Musarum Antistes presidet ) ore trahens

Ad nostros perdocto vehis : velut ungula pendens

Fonte cadis : celeri hinc Hesselula turget aqua

Hesselula que Corui montis a vertice torret

Sentit Apollineam nomine montis avem

Ad quam te genuit : felici sidere : vatem

Buschia militie stemmate clara domus

Carmina que paribus numeris : et gutture pleno

Ducis : pieria : mittis ad astra : tuba

• Hinc tua dulcissus manans elegia lipore

Vasonts teneros : equat ubiq; : sonos

Macte noua iuuenis vena : senioq; verendus

Quanta canes phebi tangere doctus ebur

¶ Jacobus Vimpelingus Sletstatinus  
Sacre pagine Doctor In libello suo cuius int  
scriptio est Adolescentia.

¶ Jacobus Vimpelingus Sletstatinus Philippo  
Furstēbergensi Adolescēti nobili et domestico suo S.

Ides suauissime Philippe inter assiduas et maxi  
mas occupationes meas : non posse me omnia :  
examissim lustrare que in his diebus pro instituti  
one Adolescentum ad bonos mores coaptari : Inter re  
liqua vero mihi plurimū placet Carmen Hermanni Bu  
schij Cuius vena vel italicam equare videtur : neq; ieu  
nus : neq; aridus est / neq; sententiarū vacuus : et inaniū  
verborū plenus Reliqua ibi lege ex ipsa Adolescentia.

¶ Idem in fine operum Rabani

Assuesce deinceps christianos lectitare poetas : qui tibi  
non minus q̄ gentiles latinitem : elegantia : tropos :  
bonos n̄ ores : syllabarūq; mensuras suppeditare possunt  
Recipiatur nunc in manus : pro Lucretio Raban<sup>o</sup> : pro  
Vergilio Sedul<sup>o</sup> : pro Duidio Alcimus : pro Propertio  
Lactanti<sup>o</sup> : pro Statio Arator : pro Gallo Prosper : pro  
Tibullo Iuuenius : pro Horatio Prudentius : pro Mar  
ciale : Epigrammata Engelhardi Schuilliet Hermans  
ni Buschij r̄.

¶ Alexander Hegius Hermanno Buschio

Buschia clara fuit domus olim Clameris armis

Tunc Hermanne tua est inclyta facta cheli

Trux illi cultus Mars est : et sena virago

Mitia sunt animo : numina grata : tuo

Phebus enim fide conspicuus : dulcesq; Camene

Tempora cinxerunt fronde virente tua

Quam clangore tube gaudebat bellicus Heros

Tam tu es phebee : captus amore : Lyre

Ille hostes armis horrendum ad Porthmea misit

Innocuos cythara : tu canis vsq; modos

*Illius artem  
Sic tenet nastro  
ab omnibus in  
agunt*

*hactenus*  
Martius effuso furor imbuit arma cruore

Pegasidum nunq̄ est facta cruenta manus

¶ Leonardus Pricardus Aquensis

Desine iam latios vni tibi Rhoma lepores

Eloquijsq; decus adscribere Rhenus : et Hyster

Enthea fila mouet : numeroq; imitatus Homerum

Bella canit : mestos elego depromere vultus

Euomere et claudis iram precallet iambis

Tinnula plectra sonant : coeuntq; per oppida passus

Theutona : fatidico plena est germania phebo

• **En tibi dulcissimi mellita poemata Buschi**

**Que cecinit tenera nec adhuc lanugine mala**

**Barbuerat : trutinare potes Rhomane seueros**

**Docte supercilio : tua quo fortuna recessit**

**Exiit Imperio te primum theutona virtus**

**Nunc eadem culte certat tibi munere lingue**

¶ **Johannes Collex Hermanno Buschio**

**Barbara me genuit tellus : mihi barbara primum**

**Contigit ah duro sidere verba loqui**

**Et postquam latias sum iussus discere voces**

**Omnia barbarie plena docentis erant**

**Pars nostre melior vite : studiisque sacratis**

**Aptior : in duro prohdolor acta solo est**

**Non illic phebun licuit : phebique sorores**

**Cernere : amant dulces numina tanta locos**

**Nec mihi permissum est sacros audire poetas**

**Mersi castalijs : nec mea labra : vadis**

**Quo magis admiros : pulchro me carmine Buschi**

**Cur celebres : nostrum nomen in astra ferens**

**Quia mea nec genio : salibus nec sparsa venustis**

Carmina : vis modulos eruperare tuos  
Hoc mihi sic visum est : ac si quis dicat ineptus  
Vincis apollineam Marsya dure chelin  
At plerumq; suis solitus precurrere votis  
Te laudes tantas promere iussit amor  
Haud equidem ignoro q̄ sit mihi curta suppellex  
Et tibi q̄ diues pectore vena fluat  
Seu molles elegos cantas : seu bella Maronis  
Condis : adest voto : dexter Apollo : tuo  
Inter germanos primus numerabere vates  
Continuet seros si tibi parca dies

¶ Johannes Sturnus

Mensis erat veterem : Janus quo terminat : annum  
Quoq; intrat brume : limina prima : noue  
Externe gentes : mercatorumq; caterue  
Ad Lipsense ruunt : menia nota : solum  
Cum quibus ipse aderam : veneta mercator : ab urbe  
Heus ait : et medio : me tenet vsq; : foro  
Nunquid de nostris empturus mercibus aetas  
Rosas gemmas : Coryciumue Crocum.



Nonne placet pannus Sarrano nobilis Ostro  
Nonne placent arabum cinnama : siue piper  
Num cristalla placent : preciosaq; Myrrhina : vel qd  
Candidulū : felix : India mittit : ebur  
An cupis extremi carpunt que vellera Seres  
Mutabo nummis : omnia nempe tuis  
Dixerat : et latas secum me traxit ad edes  
Et vario merces prompsit ab orbe datas  
Non fora sollicitant nostram : aut commertia mentena  
Cum gemmis inquam nil mihi chare tuis  
Aurea magnorum calcant qui limina Regum  
Mercibus his gaudent et tua tecta petunt  
Ne mea securos traducat musa per Annos  
Et inuet Nonij : ductor Apollo : chori  
Quin potius monstres sacri penetralia vatis  
Et quis pasiphilum seruet in vrbe locus  
Hec fatus venetam liqui : cum merce : tabernam  
Tecta q; pierio : culta requiro : viro  
Te q; magis cupio q̄ cernere quicquid eous  
Gemmarum Ganges : diues et Indus habes

Redde vicem : et nisi me fastidis optime Buschē

Ne pigeat Sturnum : nosse poeta : tuum

¶ Idem ad eundem

Pasiphilus patrios aduerit primus in agros

Ex helycone sacrum : numina docta : chorum

Nam Danais nuper pepulit quas hostis ab oris

Hic capit errantis : in sua tecta : deas

Huius signa Ducis : sequeris si teutona pubes

Romane poteris : bella mouere : lyre

Lauriger Nonio Bauos hic Marte poetas

Ad Tripodas victam barbariemq; trahit

Hoc duce Rhemani formosam phillida colles

Et resonant patrios : non sine laude : duces

Hercinei : sacro mulcentur carmine : saltus

Pierios modulos : personat omnis ager

Hoc duce pharrasio tellus subiecta trioni

Affidua gestat : plectra canora : manus

Hunc cum pegaseis : celebras pia gesta : Camenis

Hunc cole : ceu clarium : Terra Sycambria deus

**C** Hermanno Buschio Pasiphilo  
viro doctissimo Sebastianus Kot-  
talis Ingelstatis Salutem D.

Cum mea phebels languerent tempora flammis

Quas agit etherei : Sirius arce : polt

Scripsimus hec tenui musa suadente litura

Expers nec lucri tempus vt omne foret

Et quanq̃ liquidas raro permessidos vndas

Tractemus : Claris : iam prohibente : deo

Attamen hoc ipsum suasit tua candida virtus

Qua fulges : patrij spesq; decusq; : soli

Namq; tuos celebris laudat Germania versus

Et quanq̃ nolit Ausona terra probat

Et probat eous Ganges : Tanaisq; niualis

Et lybie gentes : hesperidumq; chorus

Non igitur nobis detrectet romula turba

Exprobrans segnem liuida barbariem

Nam tua nunc Buschi ( qui polles stemmate p̃isco )

Gloria : morosam pensitat inuidiam

Vtq; reluctanti victrix Germania regnum

Et strictos fasces sustulit Denotrie

*Bunt*

*Tanais*

*26*

*Denotrie*

**Sic etiam latias : immenso numine musas  
Transfers ad patrios tu venerande lares  
Vindice sic tanto : crescit Germana Juventus  
Qua liquidas voluit : turgidus Hister : aquas  
Quaq; rigat equos obliqua parte Sycambros  
Ahenus : et arctoum : sternitur vsq; mars  
Et qua carpatio descendit vertice raucus  
Histula : Sarmatici depulato: agri  
Dij pylios tribuant longeni nestoris annos  
Vincere : pro meritis : docte poeta : tuis**

**¶ Hieronymus Estensis Venetus  
Hermanno Buschio Pasiphilo**

**Ingenio veteres : studijs et mitibus : equas  
Et prestas hylares : cum grauitate : iocos  
Est et Gracchorum tibi par facundia : cedunt  
Et methymnee : non tua plectora : lyre  
Lespiadum nullus te doctior erit ab Antro  
Pegaseo nullus largius amne bibit  
Sed nec eges generis ; numerosa laude : paternis**

In quo conspicuum : fulget equestre decus  
Forsthan hec alij credunt satis esse : superq;  
Dextrumq; optatis : numen adesse : tuis  
Ast ego fortuna : te vellem vincere Crassos  
Regales : hec nam vena meretur opes

¶ Andreas Fabanus Arctum doctor  
Joermanno Buschio parraphilo suo

Ornate nostrum tua Buschi candide nomen  
Musa : suaviloquo : suspicienda : sono  
Qua mihi tot tribuis : ac tanta ut iure beatus  
Sim : modo si vere : pars erit vlla : mea  
Grates gratus ago : laudemq; ut laude rependam  
Et nihil aut fictum : compositumue loquar  
Ut Canium celebrant : phebea cubilia : Gades  
Vtq; est lucano : Corduba leta : suo  
Est et ut Enganee : laus maxima : Livius ore  
Vtq; sui Sulmo : vatis honore tumet  
Sic germana tuis : pubes se versibus olim  
Jactabit : nostri fama : decusq; solt.

¶ ¶

**O** Otto Beckman Wartbergius  
Cultissimo vati Hermanno Bus-  
schio Pasiphilo.

**O** vatium specimen : Buschi mihi nobile : salus  
Qui patrie nostrae es : primicialis honor  
Livius externas commouit nomine gentes  
Hos tibi me versus : tingere fama mouet  
Cinge caput viridi ramo : doctissime Vates  
Nam tua culta chelis : astra polosq; subie  
Carmina que ludis commendat Teutonius acer  
Atq; hec collaudat : cultor agri latij  
Ad iuga Parnassi venisti : et limina pheb  
Labraq; tinxisti bellerophontis aquis  
Ingenium tantum est : tantum est rationis acumen  
Ut dignas laudes gens tibi nulla neget  
Barbara que dicta est semper : nunc Westphala tellus  
Est vatium nutrix : barbariemq; fugat  
Ut te nobilitas animi facit alta beatum  
Sic et honoratum : candida progenies  
Sunt hee per raro simul vno in corpore iuncte  
Talem premultis : te Genius statuit

Plurima adhuc restant : qui laudem stirpis honeste

Quorum me fessum : copia multa facit

Hinc maiora canam : veniet cum serius eum

Monasteriaci : maxima fama : soli

Vive precor longos annosi Nestoris annos

Ettonem et fidum : me cape mancipium

Impressum Lips per Baccalarium Mar-  
tinum Lantßberck Ciuem Lipsensem Cal-  
cographum nulli secundum. Anno domini  
Millesimo quingentesimo quarto.



**C** Candide et benigne lector: qz plerasqz mēdas (vt est hū  
manū errare: et nemo tā est ad vnguē cōsumat⁹ qui nō qñqz  
in aliquo offendat) in hoc Ope admissas cōspexi: nō tam  
ipsius Calcographi incuria: q̄ festinatione imprimendi: et  
corrigendi difficultate: Non nullū ope precii visum ē: gra  
uiores hic in calce hui⁹ opis annotare leuiiores vero labecul  
las: si que insunt: et agnitiu faciles albe et bñ. nate mentis  
iudicio permittere. **A**

**C** In Ep̄la que ploquij vice fungit: vbi impressum ē. Aut  
imagines Apolleis colorib⁹: lege Apelleis et ppe finē eiusdē  
pro eo Non solū oēs lipsenses tui: et etiā emēda: sed etiam  
Deinde paulo inferius post hec verba Spero qz eum tibi pla  
citurum non tam aliqua sua gracia q̄: interfere: studio et  
prona voluntate laudandi Illustrissimum Principem no  
strū Georgiū: ceterosqz fama et pconio dignos: ac epita. rē.  
In primo Epigrā. p larischus Achilles: substitue larissē  
et pro his populo: tollis lites: lege Jus poplo: et in penul  
timo versiculo eiusdē Epigrā. p deserat: habebis deserat In  
fine sc̄di Epigrā. emacula Noia nec fame p fama In Ep̄i.  
tercio ad heinricū de Schleynitz ne lege Si mea cadineis β  
cadmeis Nec puīda q̄s vrus nobis dedit esse colēdus: β co  
lendos Et in vltio versu nō legas signato hic sine quiescā: β  
facto sic sine. **B**

**C** In .i. epigrā. ad hermānū Stolbergiū vbi est Seqz vt  
impulsa erit Seqz vt in impulsa Itē in epita: hylarij wildē  
Nouit arestore. p Aristo. et in altero discessit hilarius p de  
cessit. Deprehendes etiā in primo Ep̄i. ad Andrea fabanus  
Sui strepitu: p Qui strepitu Et in tercio ad eūdē Bellica  
nec timida p tumida. **C**

**C** In epigrā. ad paulū Schyller theolo. habes Est vene  
randa sequi tm̄ p tū Et i ep̄i. Junēci: tota regiōe susurret p  
susurret: z cana digna p coma digna Itē i ep̄i. de Sylis im  
plus partit: p pl⁹ impartit In distico De hyeme perperā im  
pressum ē: cana flumia sistit p caua Et in ep̄i. ad tritennū.



abbatē : p tu is lege tuis

D

In Misenū nō erit litigios⁹ s̄ litigios⁹ : et in: 8. vsiculo eiusdē  
epig. p mendax mordax suppone : Et paulo infra. p tetrici-  
cus et rigēs: rīngēs cōmuta Itē in tetrastico nō errant imo  
erravit scribe.

E

In Epi. ad Sebastianū biant p pādere vella : tu cape  
vela Et ad euticū iunio. p nomē habete viros: habere. In  
Epi. ad euticū maiorē error ē Carmīa plurima tui : expūge  
plurima et repone plura Ad bartholomeū colonien. non erit  
Te iubet incōptis pedib⁹ saluare : sed saluere. Et in iosephū  
poetā nolo Quid petis in poplo getitas s̄ geticas In apo-  
logia etiā repudio Verbaq; discussit tāto : scribendū erat ta-  
cito.

F

Et in penultio vsiculo eiusdē improbo resulsit: resulsit pbo  
Ad Andrea Canterem stygijs : nō stygijs amplectere.

G

In epi. de se ipō et suis opusculis Versiculo an penultio  
lege hora voce adspirata Et in leguleiū p aguipedū angui-  
pedum

H

In Amianū p illo Metiris gressus faustuq; elige fastu.  
Et ubi vides Egidio Dolfft Theologo parienti: emenda  
Dolfft rheologo Parisiensi

I

In Epig. ad Petrum Isenbergk Cognita sic vino maluit  
impressor p vno Itē et illd̄ prave legit Theodore hōesto ma-  
trone p honeste: Neq; in Epig. ad Martinū Landesberck  
erit in sine plecto : sed plectro vt aliq; habent exēplaria : Nūc  
in Epila ad Phi. Beroaldū : pro Castales croceus Casta-  
lio sume.

K

In siluula illa ad Nicolaū Hermesdorff p Cynere placuisse  
rapaci puenit Cynire Et pro hec Nicolae caues non nullo  
munire volo numie legas : z in sine p te mō Tu mō substitue  
Si qua adhuc alia offenderis : humanissime lector: rogo p  
tua facilitate: vt ea nō tā pfodias : q̄ benigne emēdes : repo-  
nēdo : mutādo : expūgēdo : p vt ratio Carmis: et diligētia  
tua: cui hec a Buschio pmittūt postulabit vale z feliciter.

*Virgo Maria rogo miseros tu respice supplex*

AB: 154917

ULB Halle  
002 414 635

3



5a



In nomine domini Amen  
 de rebus librad: orega faru tuj  
 et puer duntaxat vobis, sanctus puer vobis  
 Te pueror mfermg, firma daya, pbi duto

sem huius aili amigd' dul: pincer: sm d'agi au: et p'p'is lo: et h'ic colla te  
 benane aill 7 iii o'q. l.

**de hanelicu**



**O**portet illi cor nllateu posse pati curia thendi aeris si e uno mo  
 uito delectat aere o'beru exigit a calore q' e' illudne sui ardore ne  
 e' e' exera uenit e' aere id refrigari u expelle ardore poru aeru m  
 duos moe' habue' h'iol dilacado aere thic ostingodo expellit calu' h'and  
 et h'p' it'it'it'it' q' t'pata uicute sui h'anch' scedu' e' h'ic uare sic patie'e  
 hoz' q' t' patie' h'anch' u' e' h'ic h'ic q'antitat' passionu' f' q'ant' sic pati  
 dicit' it'it'it' e' h'ic h'ic h'ic h'anch' z'p'ollib' e' pati h'anch' sine dolor  
 q'oz'lib' it'it'it'it' dolor e'oz' l' ex p'ce e' su l' ex ougacis m'it' si dolex  
 h'omae l' u'oz' l' g'ill' epul' l' cap' h'plenu' l' h' sub diafragma'e' apa l'  
 dolor sic h'anch' p'it' u' h'p'it'it' sic d'it' e' aliq' m'it' patiat' meim' h'p'  
 it'it'it'it' e' mo'u ipu' it'it'it'it' moueat' l' si apa' it'it'it'it' op'uat' h'ic h'  
 h' mod' h'anch' e' p'aru' u' h'p'it'it'it' alto h'anch'it'it' eoz'it' it'it'it' p'it'it' mo  
 u'it' eoz'it' p'it' q' oz'onia uocat' sic au' m'it' modu' l' ex necessitate' nimia  
 h'anch'it'it' h'ic'it'it'it' m'it'it'it'it' l' m'it'it' h'it'it' p'it'it' h'ic i' apate' u' i'  
 p'it'it'it'it' m'it'it'it' l' ex ang'ia l' capite' u'it' h'p' h'ic patie'it' q' i' h'ic'it'  
 h'it'it'it'it' q' u'icua: t' p'it'it' h'ic au' h'p' ip'it' oz'onia uocant'  
 h' h'it' l' h'ic'it' sua p'it'it' mouet' i' h'p'oz'ia p'it'it' h'oz' t'it' h'p'oz'ia  
 mouet' u' it'it'it'it' u' h' p'it'it'it' ad p'it'it'it' f' alit' it'it' u' oz'onia uocari q' e'  
 h' p'it'it'it'it' origi' u' stare eoz'it' e' it'it'it' h'anch'it'it'it' eoz' h'p'it' u' h'it'  
 p'it'it'it' u' a h'it'it'it' u' h'it' ad cubit'it' moueat' u' cubiti i' motu lallent' it'it' d' em'it'  
 h' h'it'it'it' h'ic'it'it' l' ex def'one u'it'it'it' lactos' p'it'it'it' mouet' u' it'it'it'it'  
 h'it' l' h'it'it'it'it' it'it'it'it' h'p' l' ex nimio e'oz' eoz'it' u' p'it'it' d'it'it'it'it' d'it'it' u'it'  
 h'it'it'it'it' p'it'it'it' mouet'it' ex mala op'oz' h'ic' l' e'it' h'ic' h'ic' h'it'it'it' h'it'it'  
 h'it' h'it'it'it'it' h'it'it'it' h'ic' h'it' l' ex h'it'it'it' u'it' u'it'it'it' op'it'it' l' ex h'it'it'  
 h'it'it'it'it'it' q' alit' o'it' i' uno loco eoz'it'it'it' alit' duo i' h'it'it' u'it' u'it'it'it'it'  
 h'it'it'it'it'it' it'it'it'it' q' au' q' modic'it' h'it'it'it'it' d'it'it'it' h'it'it'it' e' labore  
 h'it'it'it'it'it' u' h'it'it'it'it'it'it' u' u'it' h'it'it'it'it'it' u'it'it' h'it'it'it'it'it'  
 h'it' ad m'it'it'it' h'ic' h'ic' ex def'one u'it'it'it' lactos' p'it'it'it' mouet'it' h'ic' h'it'it'  
 h'it'it'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'ic' h'it'it'it' h'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it' h'it'it'it'

an' fieres p'ne  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'

h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'  
 h'it'it'it'it' h'it'it'it'



ber  
senf  
ores  
pi  
B



Dasiphili  
umani  
atissimaq Lip  
ammatum Li

l  
M

